



ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ ΝΙΚΟΛΑΟΥ
ΤΗΣ ΠΟΡΦΥΡΙΑΔΙ ΣΧΟΛΗΣ,
ΤΩΝ ΚΑΡΛΟΒΑΣΙΩΝ.

60-



CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,
G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOGORUM
PARATA.

PARS XIX.


NICEPHORUS GREGORAS.

VOLUMEN I.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCGCCXXIX.



NICEPHORI GREGORAE
BYZANTINA HISTORIA

GRAECE ET LATINE

CUM ANNOTATIONIBUS HIER. WOLFII, CAR. DUCANGII,
IO. BOIVINI ET CL. CAPPERONNERII.

C U R A

LUDOVICI SCHOPENI.

V O L U M E N I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXIX.

PRAEMONITUM.

Nicephori Gregorae Historiam Byzantinam, sive, ut ipse more graeco dicit, Romanam, primus in lucem protulit Hieronymus Wolfius Basileae anno 1562., graece et latine, nonnullis annotationibus de critico potissimum genere additis. Quae editio cum ex codicibus ducta esset perquam mendosis et qui undecim tantum libros priores, id est, paullo minus quam quartam totius operis partem complecterentur, accidit opportune, ut Ioannes Boivinus initio saeculi proximi, magno Ducangio auctore, huius scriptoris denuo vulgandi atque ad integritatem propius adducendi curam susciperet. Erat autem Io. Boivinus vir praestanti doctrina, et egregia librorum, maxime Parisinorum, copia instructus: quorum ope non solum ea, quae Wolfius mutila et lacunosa habet, quae sane innumera sunt, feliciter supplevit et alia haud pauca librariorum vitia sustulit, verum etiam altero tanto maiore librorum numero Nicephori opus locupletavit. Prodiit eius editio Parisiis e typographia regia anno 1702., tomis duobus, quorum prior libros undecim a Wolfio vulgatos continet, alter ineditos tredecim, quos ipse e MSS. eruit. Idem pollicitus est, se quatuordecim reliquos libros una cum Variorum opusculis, quae ad historiam eam illustrandam facerent, duobus aliis tomis comprehensos, editurum. Sed promissum non ap-

paruit, neque eius cura ultra librum vicesimum quartum processit. Illa postrema operis pars etiamnum inedita in bibliotheca Vaticana, partim etiam in Parisina, latet; unde ut in lucem eruditorumque usum aliquando prodeat, idque potissimum opera ill. Hasii, qui eius rei spem fecit, harum litterarum causa vehementer optamus. Nunc id operam dedimus, ut Nicephori historia, quatenus in editione Parisina extaret, in hoc Byzantinorum Scriptorum Corpore ad eiusdem editionis fidem exhiberetur atque adeo, novae recognitionis cura suscepta, correctior aliquot partibus et emendatior prodiret. In quo genere multum mihi profuit insignis variarum lectionum copia, quam Boivinus cum aliis e codicibus, tum praecipue e Parisino 2558, eximiae bonitatis libro, curiose congestam in marginibus editionis suae posuit. Adhibui praeterea lectionum varietates, quas e codice Vaticano idem amicorum opera describendas curaverat, sed cum serius, quam oportebat, Roma allatae essent, ad calcem tomi secundi inter Annotationes reiecerat. Hinc eas in sedes suas revocavi et si quae Wolfianis lectionibus meliores visae essent, in ipsum verborum ordinem admisi. Quod ubi faciendum putavi, vetus lectio prima Wolfiani nominis littera diligenter indicata est. Ceterum quidquid marginibus editionis Parisinae adscriptum legitur, quod rem criticam non attingat, id genus notarum omne Annotationibus ipsis inseram, quae extremo operi subiungentur.

Scribebam Bonnae, mense Augusto a. 1828.

IO. BOIVINI DEDICATIO.

L U D O V I C O

M A G N O.

Res gerere et leges dare populis Regium est. At non caetera omnia, tametsi minus illustria sunt, sic Principes magnos dedecent, ut Artium quoque et Scientiarum curam negligere, litterasque et libros aspernari debeant. Hoc certe apud omnes constat, Historiarum lectionem utilem admodum et frugiferam esse imperantibus. Itaque, REX AUGUSTISSE, qui huius generis libros oblatum Tibi veniunt, iis iusta ratio non deest, qua audaciam suam excusent; neque adeo mirum cuiquam esse debet, quod ego hos rerum Byzantarum Commentarios MAJESTATI TUAE ausim offerre. Enimvero me, id ut facerem, privatae etiam rationes, ac eae quidem graves, timidum ancipitemque perpulerunt. Eccui enim laboris mei fructum hunc et has velut studiorum primitias potius consecrassem quam Tibi, a quo id omne habui quod affero? Tu otium, Tu libros, Tu facultates suppeditasti. Regiis typis, Regiis sumptibus Tuis perfecta haec Editio. Opus ipsum magna sui parte ex Bibliotheca Tua prodit. Quod ad Historiam his libris comprehensam attinet, ea est eiusmodi, ut Francisci nominis non heredem modo ac vindicem, sed et quemcunque amatorem, vel primo narrationis exordio statim allecetet. Initium quippe est, capta a nostris Constantinopolis: divisum gentilibus Tuis, Balduino Flandro et Ludovico Blesensi, nobilissimum Imperium: Comnenorum opes accisae; vires attritae ac dispersae.

Magna haec et praeclara. Sed ulterius deinde progressis non minora occurrunt; Francorum ingens exercitus, sub CHRISTI signis militans: Asia subacta: res terra et mari a CAROLO, Divi LUDOVICI fratre, contra Michaëlem Palaeologum fortiter gestae: Catalanorum denique (nam et horum gloria ad nos pertinet) victoriae incredibiles de Turcis, de Byzantiis, de Achaeis. His, REX MAXIME, ornamentis insignem, et virtutis Francicae quibusdam quasi luminibus illustratam, *Nicephori Gregorae* Historiam benigne, ut spero, excepturus es. Habet vero Historicus ipse laudes proprias, quarum commendatione optimum Principem facile sibi conciliet; nobile apud suos *Philosophi* nomen: omnium fere doctrinarum professionem publicam: Imperatorum familiaritatem: supremam in Ecclesia Graeca dignitatis insignia repudiata: et (quo nihil apud Te, religionis verae defensorem, maius futurum est) labores pro recta Fidei doctrina ad extremum spiritum exhaustos. Sed quid ego haec Tecum, REX AUGUSTISSIME, alieno plane tempore? cum omnes cogitationes Tuas tot et tanta negotia sibi vindicant; cum cogendae undecunque legiones, classes armandae, munienda oppida; hostes non nostris solum, sed et sociorum finibus arcendi; cum denique et populorum salus, et Regum tutela, et totius paene orbis terrarum cura providentiam Tuam ad se revocant. Plura desino. At Tu, REGUM MAXIME, tum sapientibus consiliis, tum armis victricibus bella compone; ut, pace hostibus imperata, Tibi et Tuis longum vivas. Haec sunt vota publica. Hoc Religio, hoc alumnae Tuae, Artes et Scientiae; hoc novis quotidie per Te opibus florentes, Bibliotheca Regia et Luparaea typographia mecum vovent.

IO. BOIVINI
P R A E F A T I O.

Annus hic decimus quartus est, ex quo Carolus Ducangius, Vir de litteris praeclare meritus, mihi auctor fuit, ut Nicephori Gregorae libros sex historicos, qui in Bibliotheca Regia manuscripti extarent, Latine verterem; ut postquam absoluta esset editio Chronici Paschalis, cui ille manum extremam imponebat, ii sex libri, ad eos quos Wolfius vulgavisset adiuncti, Regiis typis mandarentur. Eram tum ego colligendis Libanii Epistolis intentus; et Latinas iam e Graecis feceram non paucas. Senis doctissimi consilio iuvenem me et novitium parere aequum fuit. Tametsi igitur amoenitatibus et elegantibus Libanianis mire delectabar, et ab iis aegre discedebam, tamen illi sum obsequutus; idque eo maxime, quod ad ipsius adhortationes accedebat voluntas illustrissimi Abbatis CAMILLI TELLERII, eximia indole praestantis et supra aetatem docti adolescentis, cui me et mea omnia studia voveram, Bibliothecae Regiae Praefecto, atque eo munere iam tum sese dignum probanti. Hic ut laborem impositum alacriore animo susciperem, etiam Patris, Viri summi, auctoritatem interposuit, non belli solum sed et scientiarum bonarumque artium curam demandatam a Rege tunc sustinentis.

His auspiciis ad libros Gregorae interpretandos aggressus laeta et fausta omnia mihi spondebam: sed res ipsa opinionem meam multum fefellit. Etenim paucis post diebus obiit is, qui mihi novum iter ingresso praecire ac praelucere unus maxime omnium poterat, optimus et eruditissimus Ducangius. Hac Byzantinae historiae face extincta, viae non satis gnarus laborem ac diligentiam subsidio mihi comparavi; et eorum sex librorum,

quorum ille vix unum Latine versum proximus morti relegerat, interpretationem integram post obitum eius utcunque absolvi. Bello demum atroci per universam Europam saeviente interrupta pacis opera. Itaque et Gregorae nostri editio in aliud tempus dilata: cui deinde mora alia funestissima accidit, Marchionis TELLERII LUVOISII mors repentina; quae praeclaras illas cogitationum mearum spes omnino fere evertit.

Caeterum ex iis ipsis publicis privatisque calamitatibus fructum hunc cepi, quod mihi per decem annos ea quae scripsissem corrigere et accurare, ac praeterea alios Gregorae libros eruere e tenebris et ad illos quos primum habuissem addere vacavit. Variis nempe codicum manuscriptorum catalogis perlectis intellexi, editos fuisse a Nicephoro Gregora historiae Byzantinae libros multo plures, quam quot sive impressi sive manuscripti in pluteis Regiis extarent. Docuit me Labbeus, repositos latere in Bibliotheca Scorialensi libros eius auctoris historicos undetriginta: nec multo post in codicem Regium incidi, qui vigesimum octavum et vigesimum nonum historicos habebat, cum quatuor dogmaticis coniunctos. Didici ex Apparatu sacro Antonii Possevini et ex veteri catalogo Ms., asservari in Bibliotheca Vaticana historiam eiusdem Gregorae Ecclesiasticam, et Acta Concilii, seu (ut ibidem vocatur) *ΑΗΣΤΡΙΚΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ*; ac narrationem persecutionis in Orthodoxos motae a Palamitis. Demum R. P. D. Ioannes Mabillonius, qui nostra haec studia adiuvandi nullam occasionem praetermittit, communicavit mecum indicem accuratum librorum XXI. in uno codice Vaticano extantium; quorum primus esset *δευτέρου βιβλίου λόγος ζ'*, id est, *Secundae Partis liber septimus*, seu totius historiae decimus octavus; ultimus vero inscriberetur, *Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λη'*, seu *Byzantinae Historiae liber xxxviii*.

Peropportune autem accidit, ut Romae per id tempus commemoraretur vir humanitate singulari praeditus I. Vivantius, S. T. Doctor Parisiensis, idemque Socius Sorbonicus. Huius cura et officiosa R. P. D. Stephanotii sedulitate, sumptibus autem Ill. Abbatis CAMILLI TELLERII, libros novem ex codice Vaticano descriptos et Roma ad me allatos cum avide legissem, animadverti eam ipsam esse historiam Ecclesiasticam, cuius mentio facta esset a Possevino in Apparatu sacro. Hi novem libri, ad undecim

Wolfianos et ad illos sex, qui penes me erant, adiecti, librorum viginti sex numerum efficiebant. Post vigesimum sextum deerat adhuc nobis vigesimus septimus. Caeteros in Bibliotheca Regia habebamus, exceptis quinque ultimis. Tandem et hi quoque, una cum vigesimo septimo, integri ad nos pervenerunt, Friderici Rostgaardii nobilis Dani opera et sumptibus; qua quidem de re infra fusius.

Inter haec aequitate et moderatione victoris LUDOVICI MAGNI pax Europae restituta est. Solutus iam urgentibus difficultium temporum curis Regni administer (nunc Franciae Cancellarius) LUDOVICUS PONCHARTRAENIUS ad ea, quae sibi commendata a Rege erant, pacis ornamenta amplificanda totum se animo et cogitatione convertit.

Luparaeae officinae typos Graecos, omnium qui unquam fuerunt elegantissimos, inutiles et otiosos vacare aegre ferebat IOANNES PAULUS BIGNONIUS, Abbas nobilissimus, Comes hodie Consistorianus: qui ipso belli tempore, cum avunculus PONCHARTRAENIUS infinitis negotiis distringeretur, Reip. litterariae et Academicarum iura sic tutatus fuerat, ut et suus litteris honos perpetuo tum constiterit, et viris Academicis praemia de more persoluta sint. Ei igitur, pacatis iam et tranquillibus rebus, cura haec fuit non postrema, Graecos libros typorum Regionum luce illustrare. Unde et me, longo familiaritatis usu coniunctum, hortatus est, ut Nicephori Gregorae scripta, quae parata habere me saepius dixissem, Regii typographeii praelis committerem quamprimum. Ego vero permittentibus, immo iubentibus iis, quorum summa est apud me auctoritas, oblatam occasionem statim arripui; et paucis post diebus Tomi primi editio coepta est. Qua in parte, quoniam Wolfius mihi praeivit, quid privatim ipse praestiterim exponam.

Inter codices manuscriptos Bibliothecae Regiae unus chartaceus, cui inscriptus est numerus 2558, praeter historiam omnem Pachymerianam, libros Gregorae historicos undecim complectitur, eos videlicet qui a Wolfio primum editi sunt. In eo codice, bonae alioqui notae et satis antiquo (nam scriptus est ante captam a Turcis Constantinopolin), hoc singulare est, quod quae in libris editis manca sunt et imperfecta, ea ibi integra reperiantur. Deerant autem in libris editis tria illa fragmen-

ta, quae Petavius a Frontone Ducaeo accepta primus vulgavit, et Nicephori patriarchae Breviario historico subiunxit. Deerant et alia non minora; quale est insigne illud de Athanasii patriarchae severitate, et de monachorum moribus emendatis; item quae pertinent ad eisdem libri caput septimum, ad libri noni caput secundum, et ad libri undecimi caput item secundum. Denique in singulis fere paginis dictio aliqua aut etiam plures desiderabantur. Eos omnes defectus ex codice illo Regio supplevimus in hac editione. Maiora supplementa in marginibus indicata: minora cancellis *) inclusa; mendae praeterea, quae innumerae erant, ope eiusdem codicis sublatae.

Rursus in eo ipso codice hoc notatu dignissimum est, quod quae Gregoras libris quatuor postremis plurima inseruit, variis temporibus a se elucubrata, ea fere omnia ibidem desint; sic autem suis quaeque locis recisa fuerint, ut narrationis contextus nullo hiatu abruptus sit, sed omnibus partibus apte cohaerentibus integer et continuus procedat. Id Gregorae ipsius iudicio factum velim: neque a vero abhorret, eum primae editionis amore refrigerato suum opus recognovisse, ac ea quae ostentandi ingenii causa assuerat, monodias, orationes, aliaque id genus reseculisse. Vereor tamen, ne et gloriae paulo avidior eos pannos, in prima scriptione omissos, repetito deinde operi intertexuerit. Haec ipsa certe, quae a codice Regio abesse dicimus, nihil ad historiam pertinent: immo historicam rerum seriem interrumpunt, et lectori ad maiora festinanti moram obiiciunt. Tamen quia in illo, quo usus est Wolfius, codice manuscripto eum locum obtinebant quem in libris editis habent, non ausi sumus ea loco movere et alio relegare: sed eadem, et alia quaedam uncis inclusa, non comparere in codice Regio, lectorem admoneri satis esse putavimus.

Varias lectiones plerasque suppeditavit idem Bibliothecae Regiae codex; paucas vero is cuius numerus est 2078, parum ab editis diversus; nisi quod in librorum et capitum divisione discrepat: libros autem non plures continet quam quatuor, tametsi praefixus est index librorum sex. Monodiae duae, eae scilicet quae initium libri decimi constituunt, castigatae et aliquot lectionibus

*) [Minora quoque huius codicis supplementa, cancellis sublatis, indicantur in hac nova editione formula: *add. A.*]

illustratae fuerunt ex codice Colbertino 4950; cuius nobis copiam fecit Vir quam doctus tam amabilis, Stephanus Baluzius. Habuimus praeterea lectiones nonnullas, ex Vaticano codice descriptas Friderici Rostgaardii studio et diligentia. Sed eas, quia sero allatae sunt, perfectis nempe et iam sub praelo multiplicatis iis paginis ad quas pertinebant, idcirco huius voluminis appendicibus annectendas reservavimus. Constat ex Bibliothecae Seguierianae catalogo, extare illic, inter codices manuscriptos Graecos, *Nicephori Syntaxin historiae Romanae*, cum Chronico Zonarae coniunctam. Eum codicem, in quo libros Nicephori Gregorae undecim priores titulus ipse contineri innuit, operae fuisset conferre cum impressis. Sed mihi ad eam Bibliothecam aditus nondum patuit.

Latinam interpretationem, cuius auctor esset Hieronymus Wolfius, magnum apud eruditos nomen, sinceram et intactam summa fide repraesentare initio decreveram: consilii deinde huius mutandi causae plures fuerunt. Gregoras multiugae eruditionis et artis rhetoricae ostentator saepe aberrat a proposito, et ad ea quae parum aut nihil ad rem pertinent digreditur. In iis *παρέργοις* mirum est quam sit verbosus. Ea Wolfius, rebus magis quam verbis intentus, breviora facere studuit. Itaque et luxuriantia compescuit, et quae omnino redundabant suppressit. Ego vero facturum me operae pretium putavi, si auctoris Graeci vestigiis inhaererem, atque eius verba lectoribus, si minus annumerarem, saltem religiose et fideliter appenderem; quae, ut opinor, optima est ratio interpretandi. In quibusdam etiam a vero sensu deflexisse mihi visus est interpres doctissimus; aut sententiam auctoris obscure et contorte expressisse. Nihil dico de minoribus vitiis, quibus nullum opus, quantumvis tersum et limatum, carere omnino potest: quae quidem vitia ut plerumque nos in lubricationibus nostris fallunt, ita in alienis vix unquam fugiunt. Equidem eos naevos, corpori alioquin egregio inspersos, ut eximerem sedulo operam dedi: nec me ea re iniuriam Wolfio fecisse arbitror, sed de eo bene meruisse aio et contendo. Nec enim quia illum identidem lapsus corrigo, idcirco me vel doctiorem statuo vel diligentiore; neque ei propterea

detrahere ausim

Haerentem capiti multa cum laude coronam.

In hunc modum tam Graeca quam Latina a nobis aucta et recognita fuerunt. Ad haec libri nova ratione divisi; quoniam in prioribus editionibus capita, temere et inconcinne prorsus digesta, etiam numeris carebant. Additae minores sectiones. Praefixa singulis capitibus argumenta, seu breviaria, vulgatis accuratiora et ad sectionum numeros accommodata. Anni, menses, dies, siderum ortus et obitus, solis et lunae defectus, et varii temporum characteres subinde adnotati. Sententias, et crebra de moribus iudicia, item alia quaedam levioris momenti, ne oneri essent marginibus, omittere visum est. Notae breves, ubi opus fuit, adiectae: uberiores reiectae ad calcem Tomi secundi. Porro in his primas tenent doctissimi Ducangii Notae postumae; quas paulo post illius mortem meae fidei commendaverat optimi patris filius dignissimus Philippus Ducangius, Franciae Quaestor apud Pictavos. His partibus ac numeris editio haec Regia differt a vulgatis: quas ego ad hunc diem usque non plures vidi quam quatuor: sex tamen prodierunt, aut saltem quinque. Primam anno MDLIX. Graece et Latine in Germania prodiisse Fridericus Rostgaardus colligebat ex Wolfiana praefatione, seu potius epistola prosphonetica ad Antonium Fuggerum, illo ipso anno data. Hoc posito *), secunda fuerit ea quae Latine prodiit Basileae a. MDLXII. Tertia, quae Lat. Paris. a. MDLXVII. Quarta, quae Italice, interprete Lud. Dulci, accurante Augustino Ferentilli, Venet. a. MDLXIX. in 4. Quinta, quae Lat. Francofurti ad Moenum, a. MDLXXXVII. Sexta, quae Graece et Latine, Coloniae Allobrogum, a. MDCXV. Hankius Gregorae Historiam Coloniae Planicianae etiam a. C. MDCXVI. editam observat; Warthonus duas Francofurtenses numerat; primam a. MDLXVIII, secundam a. MDLXXXVII.

In Tomo secundo usi sumus duobus apographis, utroque ex veteribus exemplaribus Romae descripto.

Primum apographum, quod in Bibliotheca Regia extat numero 2079. docta et eleganti manu ante annos plus centum et quinquaginta exaratum fuit, ut patet ex ipsius librarii testimonio, qui peracto opere haec subscripsit. Τέλος ἔλαβεν τοῦτο τὸ σύνταγμα τῆ ὀκτωκαιδεκάτῃ τοῦ ὀκτωβρίου, ἔτει χιλιοστῶ πεντακοσιοστῶ τεσσαρακοστῶ τρίτῳ, σπουδῆ καὶ φιλοπονίᾳ Χριστοφόρου

*) [Non erat ponendum; vid. Fabricii Bibl. Vol. VII. p. 652. Harl.]

τοῦ Ἀουέρου Γερμανοῦ μεταγεγραμμένον· δαψιλεία δὲ καὶ φλογερῶ πρὸς τὰ μαθήματα πόθῳ Γεωργίου τοῦ Ἀρμενικακοῦ, τοῦ Ρουθένων καὶ Βάβρων ἐπισκόπου, πρὸς Παῦλον τὸν τρίτον, τὰ τῆς ἱερωσύνης οἰκονομοῦντα, παρὰ Κελτῶν βασιλέως ἐν τῇ Ῥώμῃ τῇ πάνυ πρεσβεύσαντος. id est: *Absolutum est hoc opus Octobris die 18, anno MDXLIII. Christophori Aweri Germani opera ac diligentia transcriptum; munificentia autem et studio in litteras ardentissimo Georgii Armeniaci (D' Armagnac), Rutenorum et Vabrorum episcopi, a Gallorum Rege ad Summum Pontificem Paulum III. legati Romam missi. Ex hoc cod. libros Tomi istius secundi sex priores accurate descriptos (nam codicem ipsum quominus typographis committeremus religio nobis fuit), typis exprimendos curavimus.*

Alterum apographum, ante hos quinque annos Romae scriptum et a clarissimo viro I. Vivantio Lutetiam allatum, valde mendosum erat. Nimirum ut apud nos, ita etiam Romae magna est paucitas eorum calligraphorum, qui manum in Graecis exercitatum habeant; adeoque necesse est ad librarios rudes et imperitos recurrere, quotiescunque agitur de exscribendis codicibus Graecis. Ex eo apographo prodeunt hodie in lucem libri septem, qui reliquam huius Tomi secundi partem explent; ii que, ultimis tribus non totis exceptis, castigati ex Vaticano exemplari; cum quo lectiones dubias contulimus per viros eruditissimos, quos laboris huius per se ingrati taedium ac fastidium nostra et publicae utilitatis causa ferre non piguit. Itaque iis hoc loco, si facile paterentur, magnas gratias ageremus; praesertim Abbatibus illustrissimis, Laurentio Alexandro Zaccagnio, et R. P. D. Delmiro; qui Bibliothecae Vaticanae praefecti creditum sibi pretiosissimum thesaurum ea fide integrum et illibatum custodiunt, ut tamen magnum ex eo communicato fructum omnes eruditi percipiant, atque ex illa totius litterati orbis luce conspicua clarum sibi ac suis lumen accendant. Ex illo ipso Vaticano exemplari libros, ut iam dixi, quinque integros Fridericus Rostgaardus per hominem eruditum, popularem suum, transcriptos Bibliothecae Regiae dicavit, suumque illud votum praefixis elegantibus heroëlegis consignavit. Sed de iis libris alias opportunius. Pertinent enim ad tertium Tomum.

Variae lectiones nullae fere in huius partis marginibus anno-

tatae sunt; quoniam eorum librorum, quibus constat hic Tomus, unicum exemplar possedimus. Unicum dico: nam Vaticana exemplaria nec penes nos fuerunt, nec pro diversis reputanda sunt, cum nostra ex iis descripta sint. Quas autem ex iis lectiones a viris doctis suppeditatas habuimus, eas, ut veram et genuinam scripturam, non in margines, sed in mediam paginam et in ipsum (ut aiunt) contextum transtulimus; exceptis iis, quas ab amico carissimo Ludovico Tarnio nuper allatas ad calcem Tomi secundi in Notas retulimus.

Equidem hoc loco temperare mihi non possum, quin et mea et Nicephori Gregorae causa doleam; quod cum hic per nos posset non modo integer, sed etiam tersus et limatus, in publicum emitti, idem tamen pluribus fortasse maculis respersus ac deformis lucem demum aspiciat. Fieri enim haud potuit, ut non multa in apographo mendosissimo oculos meos fugerint, et incorrecta remanserint. Poterat autem hic scriptor longe castigatior dari a nobis, si quae in pluteis Vaticanis vetera extant exemplaria, ea penes nos fuissent. Sed nimirum uni non omnia data sunt. Quod autem facere ego non potui, id quondam fortasse, si tanti res esse videbitur, felicior alterius industria praestabit.

Ad Latinam interpretationem nostram quod attinet, scriptoris Graeci mentem si me ubique assequutum fuisse affirmem, arrogans sim: praesertim cum nec Wolfio ipsi, veterano et emerito interpreti, id contigerit. Possumus vero uterque hac ratione nos defendere, quod qui viam nullius gressu tritam ingrediatur, ei difficillimum sit non labi; praesertim si ea lubrica sit et confragosa et salebris plena, quales passim obiicit Nicephorus noster; qui quoties evagari libuit (libet autem nimis saepe) tum demum disertum se et elegantem credit, cum sententiam suam verborum ambagibus quam maxime perplexis involvere potuit.

Tomii primi singulis paginis, quoniam temporum ratio in ea historiae parte non satis certa esse videbatur, annum praescribere non potuimus. Itaque illic pro annis Imperia, seu regnantium Imperatorum nomina, posita sunt. In Tomo secundo, annos ipsos, quoniam de iis constabat, apposuimus; Imperatorum autem nomina omisimus. Quippe cum per annos decem perpetuos, quos continet hic Tomus, potestas Imperatoria penes duos Principes fuerit, Palaeologum et Cantacuzenum, inutile esse duxi-

mus repetere in singulis paginis id, quod semel monuisse satis foret. Libros in capita, capita in sectiones eadem methodo divisimus, qua in Tomo primo. In breviariis quoque et in notis eandem prorsus rationem sequuti sumus.

Disputationem cum Cabasila, libris tribus non totis comprehensam (nam ea a vigesimo secundo inchoato ad vigesimum quartum fere medium excurrit), quod ad historiam haud satis pertinere videretur, ad secundi voluminis calcem reiicere animus primum fuit. Demum, ne continua librorum series abrumperetur, rectius facturum me existimavi, si suum ei ac proprium locum servarem. Una me res morabatur; quod eam disputationem nondum Latine vertissem, nec mihi otium superesset ad istud quoque pensum absolvendum. Inter haec commodum suam mihi operam obtulit M. Claudius Capperonnerius, Licentiatus Theologus Parisiensis. Huic ego, Graece et Latine doctissimo, facile equidem adductus sum, ut eas partes traderem; eo praesertim, quod quae ille interpretanda suscepturus foret, ea essent fere dogmatica, adeoque vix possent verbis propriis ac perspicuis a quoquam exprimi, nisi qui in rebus theologicis multum versatus et quotidiano scholarum usu subactus foret: id quod, si cui unquam, cumulativissimum certe isti contigit.

Tomum tertium constituent libri quatuordecim; historici quidem octo, dogmatici vero sex; de quibus nil necesse est praefari initio huius voluminis.

Tomus quartus, praeter poëma ingens Graecobarbarum de bello sacro, item de Constantinopolitanis, Peloponnesiacis et Neapolitanis Francorum expeditionibus, selecta variorum opuscula continebit; ea scilicet, quae Nicephori Gregorae historiam possunt illustrare. In iis erunt:

I. Narratio Nicetae Choniatae de statuis Constantinopolitanis, quas Latini, capta Urbe confractas, in monetam conflaverunt. Cuius narrationis, ex codice Bodleiano descriptae, copia mihi a Viro clarissimo Ioanne Ernesto Grabio facta est.

II. Theodori Lascaris orationes duae. 1^a. Encomium patris eius, Ioannis Ducae Imp. 2^a. Laus urbis Nicaeae, ex cod. Reg.

III. Testamentum Arsenii patriarchae, editum a Cotelerio.

IV. Athanasii patriarchae ad seniore[m] Andronicum episto-
Nicephorus Gregor. Vol. I.

lae et relationes selectae, ex codice singulari, quem Bibliothecae Regiae cum aliis multis nuper donavit C. MAUR. TELLERIUS, archiepiscopus Dux Rhemensis.

V. Manuëlis Philae poëma historicum de Michaëlis Glabae rebus gestis, ex alio cod. Regio (olim Telleriano) descriptum.

VI. Tomus pseudosynodi Palamiticae, editus a Combefisio.

VII. Excerpta ex scriptis Nicephori Blemmydae, Gregorii Cyprii, Theoduli Rhetoris, Nicephori Chumni, Barlaami, Acindyni, Palamae, Nicolai Cabasilae, Philothei patriarchae, Medici Taronitae, Cantacuzeni, Demetrii Cydonii, ipsius Gregorae, et aliorum, omnia paucissimis exceptis anecdota.

Ita quatuor tomis integrum opus constabit: quod brevi, ut spero, absolvetur, favente hisce studiis nostris Illustrissimo Comite, Cancellarii filio, HIERONYMO PONCHARTRAENIO. Nempe hic ad secretiora Regis consilia admissus, atque ipsius rei navalis administrationi praefectus, artium praeterea et Academiarum rebus ordinandis incumbit, successor idem et aemulus patris; quem litterarum ac litteratorum amore et exculto liberalibus disciplinis ingenio sic refert, ut ei non tam in curas quam in laudem successisse videatur.

NICEPHORI GREGORAE

VITA. OPERA. ELOGIA.

Ad Ill. Abbatem CAMILLUM TELLERIUM, Bibliothecae Regiae
Praefectum, scripsit IO. BOIVINUS.

V I T A.

Gregorae vitam, accurate enarratam, non ita pridem vulgavit Martinus Hankius, vir doctus et in historiis Graecis Latinisque haud mediocriter versatus. Sed is libros Gregorae alios non viderat, nisi undecim priores, ab Hieronymo Wolfio editos. Ego, ut Tute scis ABBAS NOBILISSIME, integros duodequadragenta habui; item alia quaedam eiusdem auctoris anecdota, ac in iis dialogum *de Sapientia*, qui et *Florentius* inscribitur. His omnibus, et aliis praeterea aequalium Gregorae scriptorum libris perlectis, plurima ad hunc diem paucis investigata didici; remque ab homine erudito, sed illis ipsis adiumentis destituto, iam (ut diximus) tractatam, de novo explicare institui. Caeterum si Hankii exemplo, alienorum operum pannis undique collatis, quendam veluti centonem texuissem, veritus sum, ne parvum per se argumentum in magnum sensim volumen excresceret. Malui itaque meis verbis, et continenti fere narratione, sigillatim quaeque et breviter commemorare: nimirum ut cuius historici libros, per varias Bibliothecas antea dispersos, tuis sumptibus tuaque, ABBAS ILLUSTRISIME, auctoritate collegissemus, eius tu dicta et facta brevi per nos libello comprehensa haberes; et hinc quanta apud suos celebritate Gregoras noster floruisset, facilius intelligeres; nec te navatae huic scriptori operae nostrae poeniteret. Non sum autem adeo iniquus, ut hac qualicumque grati animi significatione satis me tibi pro officio meo fecisse existimem: nec tuorum erga me meritorum magnitudinem sic ignoro, ut pares unquam beneficiis gratias relaturum me esse confidam.

Circiter annum Christi mcccxcv, imperante Andronico seniore, Nicephorus Gregoras natus est in Asia. Paphlagonem

eum facit patriarcha Philotheus in Antirrheticis ¹⁾. Ipse in dialogo *de Sapientia* vocat se Heracleotam. Avunculum certe habuit Ioannem ²⁾ Heracleae metropolitanum, eius scilicet, quae Heraclea Ponti dicitur et sita est in finibus Paphlagoniae. De parentibus aliisque cognatis nihil memoriae proditum est.

In ea urbe educatus prima puerilis doctrinae rudimenta sub antistite avunculo posuit. Inde ³⁾ translatus Byzantium tradidit se in disciplinam patriarchae Ioannis Glyceos, qui apud illius aevi homines disertissimus et Attici sermonis peritissimus habebatur ⁴⁾. Eius autem pontificis consuetudine studiosus iuvenis ⁵⁾ tantopere delectabatur, ut diu noctuque ab illius ore penderet. Vicissim ipsi patriarchae sic discipuli stilus placebat, ut eum, longo morbo debilitatus ⁶⁾, testamentum sibi scribere et componere iusserit ⁷⁾.

Ut in rhetoricis patriarcham, ita in astronomicis magnum Logothetam magistrum excellentem habuit. Erat is Theodorus Metochites: qui quidem initio, sive Gregorae adolescentis ingenium nondum pernoverat, sive arcana scientiarum temere divulgari nefas putabat, parcus cum eo colloquebatur, nec rerum cognitionem integram ei communicabat. Deinde enixis precibus et ad persuadendum composita eiusdem oratione victus perfecte et cumulate ei omnia reconditae artis praecepta tradidit ⁸⁾. Quin et eum doctrinae heredem a se institutum praedicavit non semel ⁹⁾; idque in iis versibus, quos exul scripsit, apertius professus est. Tanti denique ipsum fecit, ut liberis suis paene exaequarit. Itaque monasterio Chorae magnis sumptibus instaurato, socium illic et adiutorem eum ad omnia fere habuit ¹⁰⁾: rerum ibidem pretiosissimarum procuracionem ei vivus commisit; moriens suam quodammodo vicem suumque in ea domo munus eidem administrandum legavit ¹¹⁾.

Contra Gregoras Metochitae liberos, filium nempe et filiam, erudit, et obscurissima quaeque veterum auctorum scripta iis praelegit atque interpretatus est ¹²⁾. Metochitam ipsum omni semper officii genere coluit: imminentis calamitatis metu perculsum et affli-

1) Lib. xii. cod. reg. 1996. fol. 283. 2) Gregoras Hist. lib. ix. c. 7. 3) Anno Christi mcccxvi. 4) Eo patriarcha, A. C. mcccxvii, cum Andronicus Imperator Iustiniani statuam equestrem, venti impetu quassatam, fulciri et columnam ipsam suppositam resarciri curavisset, Gregoras per ligneos gradus, a fabris extrinsecus circumductos, facilem ascensum nactus statuam curiose contemplatus est, atque ex mensura quarundam partium totius Colossi magnitudinem aestimavit: ea scilicet opera rem antiquariis gratam facere se arbitratus. Vide Hist. lib. vii. c. 12. 5) Annos natus circiter 21. Vide lib. vii. c. 11. s. 1. 6) Testamenti scilicet exordium, quod extat Histor. lib. viii. 7) Anno Christi mcccxx. 8) Lib. viii. c. 7. 9) Lib. viii. c. 5. 10) Lib. ix. c. 13. 11) Lib. xxii. c. 2. 12) Lib. viii. c. 5.

etum verbis confirmavit ¹⁾: mortuum funebri oratione publice deflevit ²⁾. Scitum est eius de illo dictum. Nempe ab Andronico seniore interrogatus, quo pacto Metochites, a tenuibus initiis profectus (nam ex Bryennio praeceptore perpauca didicerat), summus astronomus evasisset, *nihil mirum*, inquit Gregoras, *ex parva lampade magnam facem accendi*. Cantacuzenus laudatum ait ³⁾ ab Imperatore acumen respondentis, qui imagine obvia ac familiari naturam rei ob oculos posuisset.

Florebat aula Byzantina studiis bonarum artium, favente viris doctis Andronico Imperatore; sic ut eius domus non modo honestatis et omnis virtutis officina, sed et litterariae eruditionis gymnasium et dicendi certaminibus quoddam veluti curriculum apertum esse videretur ⁴⁾. Itaque eo tempore maximus fuit apud Graecos oratorum, philosophorum, aliorumque eruditorum proventus. Gregoras magni Logothetae consuetudine satius expedire sibi credidit, iam annos xxvii. nato, usum ad doctrinam adiungere et ex umbra in lucem prodire ⁵⁾. Quamobrem studiorum suorum fiducia fretus ad Imperatorem ipsum se contulit, ut se, si posset, in eius familiaritatem insinuaret. Peramanter et ultra quam speraverat benigne exceptus orationem apud eum habuit, duasque in ipso virtutes, sapientiam et eloquentiam, laudavit ⁶⁾. Tempore procedente ita benevolum eundem expertus est, ut aliqui indignarentur iuvenem, nulla dignitate, nullo sacerdotio commendatum, tanta apud Principem gratia valere. Andronicus, ut os obstrueret obtrectatoribus, primos ecclesiae honores conferre ei iuveni statuit, et Chartophylacis dignitatem, velut pignus, statim obtulit: ac iam eidem, tanquam haud dubie accepturo, vestes et insignia dignitatis parabat. Gregoras, immaturam aetatem et studiorum suorum rationem caussatus, gratiis actis, et laudato Imperatore, oblatum honorem repudiavit. Repudianti vis paene illata ⁷⁾.

Aliquanto post ⁸⁾ orta inter eruditos nobilis controversia. Conveniebant crebro in palatium viri sapientes et docti, atque illic certatim de rebus quibuslibet scitu dignis coram Andronico seniore disputabant. Cum igitur frequentes ibi aliquando adessent ⁹⁾, Andronicus, ut Nicephoro Gregorae, quem valde diligebat ¹⁰⁾, dicendi occasionem praeberet, mentionem iniecit de astronomia. Tum Gregoras, qui de Paschate ad Imperatorem referre cupiebat iam pridem, astronomiam ipsam primum coepit laudare: deinde usum eius etiam ad Paschatis correctionem perti-

1) Lib. viii. c. 5. 2) Lib. x. c. 2. 3) Cantac. Hist. lib. i. c. 11.
 4) Lib. viii. c. 8. 5) Anno Christi mcccxxii. 6) Lib. viii.
 c. 7. 7) Lib. viii. c. 9. 8) A. C. circiter mcccxxiv. 9) Hist.
 lib. viii. c. 13. 10) Quantopere Gregoram dilexerit, vel ex eo apparet, quod aegrotantem visitaverit. Extat hac de re in codice Vaticano *λόγος προσφωνητικός*.

nere dixit. Ita sensim et sine sensu producta in medium ea quam erat praemeditatus quaestione, suam de die paschali constituendo sententiam luculenter explicuit: investigandi aequinoctii verni, item plenilunii observandi rationem tradidit: ad dies cccclxv, qui annum solarem constituerent, integrum unius diei quadrantem non debere addi ostendit, sed deducendam inde partem diei brevissimam, non tamen trecentessimam ipsam prorsus, ut censuisset Ptolemaeus: alia denique multa in eam rem congescit, ex quibus id efficiebatur, ab anno mundi fere vi. mccc, qui fuit Christi dcccxcii, erratum esse in ponenda temporum ratione, atque in Paschatis die observando; eum vero errorem ita posse corrigi, si de dierum summa paulo plus biduo integro detraheretur, et Paschatis observatio proxime ante diem Martii vigesimum institueretur, quae a vigesimo secundo perperam institui soleret. Imperator consilium de Paschate corrigendo probavit; rem ipsam aggredi noluit, quod negaret facile esse omnium nationum suffragia colligere, et receptum toto orbe usum abolere. Gregorae sententiam alii postea astronomi chronologique defenderunt, atque inprimis Isaac Argyrus. Saeculo demum decimo sexto, ea quaestione apud Latinos quoque agitata, Kalendarium ex auctoritate Gregorii XIII, eo fere modo, quem Gregoras designaverat, reformatum fuit.

Anno mcccxxvi. legatus ivit ad Cralem ¹⁾. Eius legationis causa haec fuit. Theodori Metochitae filia Irene, mortuo coniuge Ioanne Palaeologo, qui ex Panhypersebasto Caesar creatus novissime fuerat, apud Cralem generum morabatur, ac domum redire ad patrem recusabat. Itaque Metochites pater auctor fuit Imperatori, ut eam redire cogeret. De ea re missi ad Cralem legati, quorum unus fuit Gregoras, comes datus fratri ipsius Irenes. In ea legatione, quae sibi et sociis suis in itinere acciderint, errores, pericula, et alios casus fuse describit in Historia. Crales audita legatione socrum Irenen dimisit. Haec, ut viro iusta persolveret, Thessalonicam inde profecta est. Gregoras vero, acceptis ab ea mandatis, Byzantium rediit.

Biennio post ²⁾ iunior Andronicus Constantinopolin noctu per proditionem ingressus est. Seniore potestas omnis abrogata. Theodori Metochitae domus direpta: ipse Didymotichum relegatus ³⁾, unde post biennium revocatus domum rediit. Gregoras, qui easdem partes sequutus fuerat, bonis spoliatus, at non etiam in exilium missus ⁴⁾. Nimirum huic, quia otio et tranquillitati semper studuerat, nec publica negotia tractaverat, levior poena irrogata est. Fuit quoque ei is annus ⁵⁾ Ioannis Heracleae archie-

1) Hist. lib. viii. c. 14. 2) A. C. mcccxxviii. mense Maio. Lib. ix. c. 6. et 7. 3) Dialog. *περὶ σοφίας* cod. reg. 3284. fol. 247.
4) *Ibidem*. 5) Lib. ix. c. 7.

piscopi morte luctuosus, avunculi scilicet optime meriti, et sui *post Deum*, ut loquitur, *ab infantia usque curatoris*: cuius de ingenio, doctrina, et moribus obiter tantum et strictim agit in Historia, quia de eiusdem vita peculiarem librum ediderat. Anno, ut apparet, proxime insequuto mcccxxix, libelli prophetici ex Italia et ex Colchide Byzantium allati; quos Gregoras, amicis instantibus, partim refutavit, partim contempsit: refutavit autem per epistolam ¹⁾, quae extat Historiae lib. ix. cap. ii.

Ante iunioris Andronici principatum magna iam Nicephoro Gregorae erat discipulorum frequentia. Converso rerum statu, totum se moerori dedit; adeo ut docendi munere abiecto, et auditoribus valere iussis, silentium deinceps perpetuum agere decreverit. Ac fortasse in proposito constans permansisset, nisi eum inopina res brevi coegisset pristinam philosophandi consuetudinem repetere. Id ut acciderit, fuse ipse, sed mutatis nominibus²⁾, narrat in eo dialogo, qui, ut iam dixi, *Florentius* seu *de Sapientia* inscribitur³⁾. Totius narrationis summa haec est. Barlaamus⁴⁾ Calaber⁵⁾, cum ex Italia in Graeciam commigrasset, ut Aristotelis philosophiam, quam ab interpretibus Latinis non satis puram acceperat, e Graecis fontibus sinceram et incorruptam hauriret, in Aetolia primum consedit. Ibi Latina veste exuta, habitum et morem Graecum induit, et Graece loqui didicit. Inde Thessalonicam se contulit; atque in ea urbe, in qua tum litterae florebant, diutius commoratus sermonis Graeci maiorem sibi usum comparavit. Hinc superbia elatus magni facere se ipsum, caeteros autem coepit despiciere. Tandem et Byzantium appulit. Quo cum advenisset, prima ei cura haec fuit, ut quam plurimos ad se discipulos undecunque congregaret⁶⁾. Illustre erat apud lit-

1) ad Pepagomen. 2) Nomina sunt, *Nicagoras*, pro *Nicephor. Gregoras*; *Xenophanes*, pro *Barlaam*; *Metrodorus*, pro *Theodor. Metochites* etc. 3) Extat in cod. reg. 3284. 4) De quo Cantacuzenus Hist. lib. ii. c. 39. 5) Natus Seminariae. Vide L. Allatum de Eccl. Occid. et Orient. perp. cons. 6) Ita Gregoras in dialogo. At longe aliter in libro Historiae xix. c. 1. sect. 4. ubi ait Barlaamum, cum e Calabria ad Romanos commigrasset, innotuisse Principibus et, quod doctrina praestaret, carissimum eis fuisse; praesertim Cantacuzeno, qui et eum ad immodicos honores evexisset, dato ei munere interpretandi doctrinam S. Dionysii, ac theologiae studiosos erudiendi. Cantacuzenus quoque, Hist. lib. ii. c. 39, *μοναχός τις*, inquit, *ὀρμώμενος ἐκ Καλαβρίας, τοῖς Λατίνων ἤθεσι καὶ νόμοις ἐκτραφεὶς, ὄνομα Βαρλαάμ, ἄλλως δὲ νοῆσαι τε ὄξυς καὶ τὰ νοηθέντα ἐξηγήσασθαι ἰκανώτατος, καὶ τὰ Εὐκλείδου καὶ Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος ἐμελετήσας, καὶ διαβόητος περὶ ταῦτα ὄν, ἐπὶ κακῷ τῇ Ῥωμαίων ἐπεδήμησε βασιλείᾳ. Τὸν paulo post, διὰ ταῦτά τε οὖν καὶ τὴν ἄλλην σοφίαν, τῆς τε παρὰ βασιλέως ἀπέλαυεν εὐμενείας καὶ τιμῆς, καὶ παρὰ μεγάλου Δομεστίκου οὐδὲν ἥττον ἠγαπάτο, καὶ προνοίας ἤξιούτο, καὶ οὐδὲν ἐνέδει αὐτῷ τοῦ μὴ ἐν εὐπραγίᾳ εἶναι.*

teratos nomen Theodori Metochitae, nuper ab exilio revocati; nec minor Gregoram eruditionis fama commendabat. His Barlaamus obtrectando, se ipsum venditare et fucum imperitis facere instituit: ac nonnullos, morum similitudine conciliatos, ad se allexit; cum quibus diu spes vanas aluit. Demum, quia haud succedebat, et hominem ambitiosum Nicephori Gregorae fama urebat, ideo hunc, suadentibus nonnullis, aperte lacescere et ad dialecticam pugnam provocare ausus est. Gregoras propriis cladibus ac insuper amici Metochitae morbo gravissimo afflictus certamen initio detrectabat. Deinde amicis rogantibus, et ut suam suorumque popularium gloriam tueretur hortantibus, iubente etiam et minis urgente nescio quo¹⁾ magnae auctoritatis viro, in arenam aegre descendit, de eruditionis palma cum Italo decertaturus. In ea disputatione adversarium, qui se omnia scire gloriatus fuerat, eo redegit, ut se astronomiae, grammaticae, rhetoricae et poëticae plane rudem esse fateretur: immo nec libros Aristotelis alios nosse, nisi qui de rebus physicis agerent, aut ad dialecticam pertinerent. Praeterea logicam et syllogismos, quibus Itali unice gauderent, non scientiam sed scientiae instrumentum, adeoque humilis ingenii ornamentum esse docuit. Aristotelem vero, quem Barlaamus per omnia sibi constare affirmaret, non semel ipsum secum pugnasse ostendit. Cedente Barlaamo, alter²⁾ athleta surrexit et pro Aristotele propugnavit; sed frustra ipse quoque. Gregoras victor³⁾ declaratus, Principum benevolentia eo merito collecta, in pristinum gratiae et honoris locum restitutus est. Barlaamus, maculam sibi inustam delere saepius conatus, postquam omnium Byzantium voluntates a se aversas et in Gregoram propensas animadvertit, recepit se ad Thessalonicenses.

Ita Gregoras ad primum vitae institutum, hoc est ad publicam docendi professionem rediit. Eo autem munere plurimos omnium gentium, ordinum, conditionum, homines obstrictos et quasi mancipatos habuit; ut et parentes et liberi, et totae civium familiae, maximas ei gratias haberent, velut patri et ad pulcherrima quaeque praeceunti studiorum moderatori. Unde et nomen sibi fecit, toto fere orbe notum ac celebratum, et per antonomasiam Philosophus⁴⁾ vulgo dictus est, ut hodie in scholis Aristoteles. Neque vero imberbes solum adolescentes in eius do-

1) Gregoras in dialogo Demaratum eum vocat, ficto nomine. Fortasse is fuit Cantacuzenus. 2) In dialogo vocatur is Xenocrates, Nausiclis filius. 3) De ea victoria passim gloriatur in Historia lib. xi. c. 10. lib. xviii. c. 7. lib. xix. c. 1. s. 4. etc. 4) *Σοφὸν* et *φιλόσοφον* et *ἀστρονόμον* vocatum fuisse, testatur Philotheus in Antirrheticis, cod. reg. 1996. fol. 10. vers. passim vero ipse Philosophum vocat. Vide Hist. lib. xxv. cap. ult. et epistolam Lampeni Tarchaniotae infra.

mum quotidie conveniebant, sed et consummatae doctrinae ¹⁾ philosophi, astronomi, rhetores, alique aetatis provectae litterati; quos videlicet Gregorae eruditio omnigena et suppellectili mathematica librariaque instructissimum ²⁾ museum undecunque excitos alliciebant.

Interea obiit ³⁾ senior Andronicus, utroque oculo captus, cucullatus, et ad summam redactus omnium rerum inopiam. Gregoras, qui illum coluerat Imperatorem, eidem privato, ac etiam monacho, assiduus consolator affuit, sic ut eum tertia aut quarta quaque die inviseret. Itaque eo ipso vespere, qui illius mortem antecessit, cum illo familiariter colloquutus est. Consueverat autem is eruditos et graves cum Gregora sermones habere, quadam urbanitate et gratia temperatos. Ultimus sermo ultra mediam noctem productus, ad primum usque galli cantum. Demum, iis qui aderant dimissis, senex subito morbo correptus, ante exitum noctis expiravit. Gregoras altero luctus die, Cralaenae hortatu (erat haec mortui Principis filia, et funebrem pompam ducebat), monodiam ex tempore recitavit ⁴⁾. Triginta diebus ex eo elapsis, decessit ⁵⁾ et magnus Logotheta Metochites, non ita pridem ⁶⁾ ab exilio reversus, et monachum mutato habitu in Chorae monasterio novissime professus. Eius quoque mortem Gregoras, monodia publice recitata, lamentatus est; qua audita, magnus cognatorum luctus et miserabilis comploratio extitit. Extincto Andronico, iuniorem demereri et iisdem quibus antea avum officiis iisdemque artibus conciliare sibi studuit: nec longo post apud eum, matris morte afflictum, orationem consolatoriam habuit ⁷⁾. Eundem, cum haberetur quaestio de coniuratis, acclamationibus et applausu delinivit, ac ne in Demetrium Despotam inquireretur, pro virili effecit.

Fuerat senior Andronicus ab ecclesia Romana alienissimus. Patrem Michaëlem, quod Latinorum dogma approbasset, vix humari passus fuerat: in caeteros *Λατινόφρονας* severe animadverterat. Itaque quamdiu vixit, de componendis ecclesiarum discordiis nemo agere ausus est. Post eius mortem res denuo tentata. Anno Christi MCCCXXXIII. ⁸⁾ antistites duo Latini, Franciscus ⁹⁾

1) Hist. lib. xxii. pag. 661. C. D. 2) Vide libellum, κατὰ τῶν τοῦ Γρηγοῦ ἀληθειῶν, ubi Gregoras ridetur, eo quod ἐν γλώσση μὲν οὐδὲν φέρει τῆς ἐπιστήμης· σφαιρῶν δὲ ἐμπίπλησι τὴν οἰκίαν, καὶ πάντα βιβλίον γέμει καὶ διαγραμμάτων, καὶ σκιμποδας καὶ τοὺς ὀρόφους μεσοῦς ἐπιδείκνυσι σοφίας. Cod. reg. 2965. 3) A. C. MCCCXXXII. mense Februar. Hist. lib. ix. c. ult. et lib. x. c. 1. 4) Hist. lib. x. c. 1. 5) Martii die 15. 6) Biennio ante. Nam in dialogo περὶ σοφίας dicitur ἐπὶ δυοῖν ἐξοστρακισθῆναι τοῖν ἐνιαυτοῖν· ἔπειτα ἐπανελθεῖν οἴκαδε, καὶ μικρὸν ἐπιβιοῦς τελευτῆσαι. 7) A. C. MCCCXXXIII. 8) exeunte. 9) De Camerino.

et Ricardus, hic episcopus Chersonensis ¹⁾, ille Bospori ²⁾ archiepiscopus, a Papa Ioanne XXII. legati Byzantium venerunt, de rebus controversis disceptaturi. Ioannes Calecas patriarcha, qui nec ipse linguam dicendi usu exercitatum habebat, et suos episcopos maximam partem indoctissimos esse cernebat, Nicephorum Gregoram, laicum quidem, sed eruditum et inprimis disertum, illico advocavit, et ad ineundum cum Latinis certamen hortatus est. Hic initio silentium suadebat: mox futuras inde suspiciones et iniqua hominum iudicia reveritus amplius deliberandum censuit, ac super eo negotio habita coram selectis episcopis apud patriarcham longa oratione, sententiam suam hanc esse declaravit: primo non cuivis permittendum disputare cum Italis: deinde scopum aliquem disputationi proponendum: tum constituendum esse iudicem; id vero munus ad Graecos pertinere: fidei controversias omnibus ecclesiae praesulibus convocatis oportere defini: syllogismum, qua argumentandi ratione plurimum Itali ³⁾ valerent, ubi de Deo disputaretur, locum minime habere: ne ipsa quidem Patrum testimonia accipienda, nisi quae perspicua essent: denique disputationem omnem hodie supervacaneam; eas quaestiones iampridem agitatas: definita ab antiquis doctoribus non esse in dubium revocanda, nec licere in rebus divinis temere ratiocinari. Haec et alia, eodem fere spectantia, cum dixisset, visus est eruditiorum episcoporum opinioni congruentia dixisse, cum aliorum, tum maxime Dyrrhachini. Horum auctoritatem caeteri, qui eloquentia minus valebant, omni contentionis studio abiecto, sequuti sunt. Ita Graeci oblatum a Latinis certamen declinarunt ⁴⁾. Tamen Barlaamus pro Graecorum dogmate multa tum scripsit ⁵⁾ adversus Romani pontificis le-

1) Vulgo Cersonensis. 2) Vulgo Vosprensis. Vide epistolam Ioannis XXII. ad hunc archiepiscopum, datam Avenione A. C. 1333. vi. Non. Iul. Vide et Odoricum Raynaldum ad ann. 1333. num. 17. 18. 19. item ad annum 1334. num. 4. 5. 3) Graeci Latinos theologos passim notant et vellicant, ut syllogismi nimium studiosos. Cantacuzenus in Antirrhethico contra Prochorum Cydonium (cod. reg. 1999. pag. 41.) *εἰ δ' οὐκ αὐτάρηκτα ταῦτα, καίτοι πολλά γε ὄντα καὶ μέγιστα, καὶ τοῦ παρὰ Λατίνοις διδασκάλου Θωμᾶ, συλλογισμὸν μᾶλλον ἢ ἄερα πνέοντος, τὴν μαρτυρίαν σοὶ παρεξόμεθα· πρὸς ἣν οὐκ ἂν εἴης δίκαιος ἀντιβαίνειν, τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασιν ἐπιχαίρων, καὶ ταῦτα καθάπερ πλάκας ἔχων ἀκαταλύτους.* Id est: *quod si haec, licet multa et maxima, non sufficiunt; ipsius quoque Thomae, Latini doctoris, qui syllogismum magis quam aërem spirabat, testimonium tibi exhibebimus: cui tu certe repugnare non debes, cum et illius scriptis delecteris, et ea pro inviolabilibus legum tabulis habeas.* 4) Bzov. ad ann. 1333. num. 1. Leo Allat. De Eccles. Occid. et Orient. perp. cons. col. 800. 5) Cantacuz. Hist. lib. II. c. 39. Odoric. Rayn. ad A. C. 133. num. 18. Vide et epistolam Barlaami ad Demetrium Thessalonicensem, quae extat apud Bzov. ad ann. 1333. num. XI.

gatos: quorum pauca typis expressa, pleraque autem extant manuscriptorum in codicibus regis ¹⁾.

Annis ex eo septem elapsis ²⁾, idem Barlaamus, Avenione, quo ab Imperatore ad Papam clandestina ³⁾ legatione missus fuerat, Thessalonicam reversus magnas turbas in ecclesia Graeca excitavit; ex quibus postea multae in Gregoram molestiae redundarunt. Nimirum ille advena, monachos Graecos nactus qui se divinum lumen oculis corporeis intueri dicebant, Massalianismum iis et Omphalopsychorum ⁴⁾ errorem obiecit. Monachorum patrociniū suscepit vir magnae apud eos existimationis, Gregorius Palamas, iampridem ipse quoque ideo notatus, quod divinam substantiam oculis corporeis visam a se iactavisset. Nam hunc Gregoras ⁵⁾, et ei cognominem Drimyn, antequam ⁶⁾ Barlaamus in Graeciam venisset, id de se praedicantes audierat, et acerbis iam tum verbis utrumque reprehenderat: idemque eam rem magno Logothetae et antistitibus aliquot doctis declaraverat. Hi vero eam Massalianorum haeresin esse dixerant, et eiusmodi hominum consuetudinem ut fugeret praeceperant; idque eo magis, quod novam haeresin, ex aliis omnibus conflata, olim exorituram esse, et generalis Concilii decreto correctum iri, veteris cuiusdam prophetiae admonitu didicerant. Monachis igitur, Palama duce, pro suo errore propugnantibus, et lumen, quod in monte Thabor discipulos Christi circumfulsisset, increatum simul et aspectabile fuisse dictitantibus; Barlaamo autem διθεϊαν, seu duplicis Dei cultum, per eam opinionem invehi affirmante, Andronicus Imperator litis dirimendae causa Concilium habendum censuit. Itaque anno Christi MCCCXLI, mense Iunio, in S. Sophiae aedem Byzantium lectissimi ac doctissimi conveniunt ⁷⁾. Gregoram ab Imperatore et a patriarcha invitatum domi detinuit capitis dolor vehementissimus; qui morbus ⁸⁾, per intervalla et certis temporibus recurrens, tota vita eum afflictauit. Imperator illa die praeclare et magno omnium plausu concionatus absentem desideravit, eoque auditore moleste caruit. Caeterum in ea synodo quid actum sit non constat, propterea quod illius aevi scriptores alii aliter, et pro suo quisque affectu, rem narrant ⁹⁾. In eo tamen Cantacuzenus et Gregoras consen-

1) Codd. 1997. 2950. 2951. 2) A. C. MCCCXL. 3) Odoric. Rayn. ad ann. 1339. num. 19. Item num. 23. et 31. 4) Umbilicanismorum. 5) Vide Hist. Byz. lib. XIX. c. 1. sect. 4. 6) Ante annum 1328. 7) Hist. lib. XI. c. 20. 8) Gregoras passim in libris suis mentionem eiusce morbi inculcat. Vide libellum, κατὰ τῶν τοῦ Γρηγοῦ ἀληθειῶν. 9) Cantacuzenus victum Barlaamum veniam petiisse et Palamae doctrinam approbasse scribit. Ioannes patriarcha, qui synodo praefuit, de duobus tantum capitulis, nempe de Thaborio lumine et de precatione latam sententiam ait apud Leon. Allat. De Eccles. Occid. et Orient. perp. cons. lib. II. c. 17. Gregoras denique solam quaestionem de precatione agitatum; quod ad caetera attine-

tiunt, quod Barlaamum uterque, iudicio iniurioso offensum, in Italiam dicant remigrasse, et ad Latinorum instituta ac dogmata rursus se convertisse. Triduo vel quadriduo post habitam synodum Imperator morti proximus ad Gregoram misit, qui ex eo sciscitarentur, facilemne curationem astra sponderent, an conatibus medicorum obstarent. Responso nondum accepto, in lethargum relapsus, vitam finivit Iunii die xv, anno Christi MCCCXLI. Tertio luctus die Gregoras vix tum convalescens, patriarchae et eorum qui aderant domus Augustae Principum hortatu, mortuum Imperatorem flebili oratione prosequutus est.

Post haec civili bello Byzantii laborarunt: ecclesia ipsa dogmaticis Palamitarum et Acindynianorum rixis perturbata. Nam Gregorius Acindynus, Barlaamo in Italiam reverso, desertae ab eo causae patrocinium suscepit ¹⁾; et quamquam eodem quo Barlaamus Tomo ²⁾ synodico, statim fere post Andronici Imperatoris mortem, esset damnatus, Palamam nihilominus variorum errorum accusare pergebat. Hinc magnum inter theologos certamen. Gregoras, cuius pacifica consilia nihil tum apud quemquam valebant, ab aulae tumultu et hominum frequentia in otium et solitudinem ultro concessit, atque ab omni disputatione diu abstinuit.

Interea astrologus quidam, e Gallia profectus, Constantino-
polin venit, et felicem belli exitum in aula vaticinatus est ³⁾. Gregoras ab Augusta accitus, ac de novis illis praedictionibus quid sentiret eloqui iussus, vanas eas esse arguit. Ita refutato hariolo Augustam a se alienavit, homini illi, populari suo et placentia annuncianti, benevolam. Tamen haec, dissimulata ira, nihil tum durius dixit; sed eorum qui aderant gratia vultum hilarem induit, et ultionem in aliud tempus distulit. At Gregoras, domum reversus, omni in posterum contentionis studio abdicatione, rursus se suo otio et tranquillae solitudinis umbra involvit.

Per illud tempus, circiter annum MCCCXLV, Ioannes patriarcha, convocata synodo, Palamam ut haereticum damnavit, ac priora illa in Barlaamum et Acindynum decreta sua abrogavit. Acindynus non longum ea victoria laetatus est. Anno quippe MCCCXLVI Palamas cum Augusta in gratiam rediit, eaque instigante patriarcham et Acindynianos continuo scriptis acerbis oppugnavit ⁴⁾. Tum vero Acindynus Gregoram coepit orare, ut expersceretur, et iambis ⁵⁾ hisce parum modulatis, figurarum au-

ret, cognitionem dilatam fuisse contendit: itaque nec de Massalianismo, nec de aliis criminibus Palamae obiectis, actum fuisse.

1) Vide Hist. Byz. lib. xiv. c. 8. 2) *συνόδου συνηροτηθείσης δευτέρως*, Tom. Palamit. 3) Vide Hist. Byz. lib. xiv. c. 8. 4) Quae extant in codice regio 2411. 5) Eos ex cod. Vaticano descriptos communicavit mecum R. P. D. Bernardus de Montfaucon.

tem insolentia aevum et solum redolentibus, cunctantem increpavit.

Σὺ σίμβλον ἠδὺ καὶ λόγου μέλι βρούεις,
 Ἄνθη συνάξας νοῦ πτεροῖς εὐομμάτοις,
 Ἐκ Πιερίας κάξ Ἑλικῶνος λόφων,
 Ταῖς τῶν προσώπων ἰκμάσι καθυγράνας,
 Καὶ θερμάνας βράσμασι τοῖς ἐγκαρδίοις.
 Ἄλλὰ καλύπτῃ τῆς σιγῆς τῷ πώματι.
 Σὺ κῆπος ἠδύς· ἀλλὰ καρπούς οὐ τρέφεις·
 Ὁ κρύσταλλος γὰρ τῶν παθῶν σε ψυχράνας
 Καταμαραίνει τοῦ λόγου σου τὴν χλόην.
 Σὺ γῆ πολύχους· ἀλλὰ χαλάζης βάρους
 Δεινῶς κατακλᾷ τοῦ λόγου τὸν ἄσταρν·
 Καὶ τὴν διόπτραν τῶν ἀδήλων ὀμμάτων
 Ὁ τῶν δυναστῶν ἀντιφράττει πῶς γνώφος.
 Σὺ καὶ φρέαρ πότιμον· ἀλλ' οὐκ ἐκρέεις·
 Τῶν γὰρ ἀγωγῶν ἐμφραγέντων τῇ ζάλῃ
 Τῶν ὑδάτων ἐκρυσιν οὐκ ἔστι βλέπειν.

*Tu dulce succis alveare melleis
 Ferves: volucris mente tu per arduum
 Heliconae perque Pierum flores legis;
 Sudore deinde frontis irriguos doces
 Vapore cordis igneo calescere:
 Sed premeris alto conditus silentio.
 Tu dulce ridens hortus, at non fructifer:
 Pigro timoris quippe tardatus gelu
 Florentis in te torpet eloquii vigor.
 Tu fertile uber: grando sed densa irruit,
 Et adulta diro contudit sata impetu;
 Oculisque lumen inditum latentibus
 Nubes minacis obruit potentiae.
 Tu pura fontis unda, sed non profluis:
 Laticis meatum nam quia obstruxit ferox
 Procella, rivum cernere liquidum haud datur.*

Haec Acindyni expostulatio quantum apud Gregoram valuerit, incertum est: sane eum ut silentium rumperet, ac ut suam de opinionibus novis sententiam publica professione declararet, maioris auctoritatis vis permovit. Anna Augusta, Palamae (ut diximus) reconciliata, Gregoram omnibus theologis altercantibus unum tacentem ad se accivit ¹⁾; eo nempe consilio, ut si cum ipsa sentiret, tum ei quoque, veteres iras oblita, reconciliaretur; sin minus, apertum ipsi bellum indiceret. Ac initio quidem verbis mollioribus compellavit et amice alloquuta est: deinde ei Palamae dogmata proposuit. Illo autem improbante, et quamlibet

1) Gregoras Hist. lib. xv. c. 7.

opinionum novitatem omnino respuente, vehementer irritata, scriptam sententiam confestim ut traderet efflagitavit. Ex eo Gregoras Palamam et Palamitas omnes, qua scriptis, qua dictis insectari usque perstitit, exulaturus fortasse ob eam rem, nisi Cantacuzenus Byzantium interea cepisset. Acindynus lecta oratione ¹⁾, qua Gregoras orthodoxos ad causam verae Fidei defendendam hortabatur, tanta laetitia ²⁾ affectus est, ut his rursum iambis cum alloquutus sit:

Οὐτω με τοῖς σοῖς ἐξανηροτήσω λόγοις,
 Καὶ τοῖς καλοῖς ἀγῶσι τοῖς ὑπὲρ λόγου,
 Ὡς καυστικοῖς ἀνθραξιν ἐξάψασί με,
 Ὡ τῶν λόγων καύχημα καὶ τῶν δογμάτων,
 Καὶ τοῦ λόγου σφράγισμα τοῦ παντουργέτου,
 Καὶ θαῦμα τῆς γῆς τῶν σοφῶν φροντισμάτων,
 Ὡστε σφραδάζειν πρὸς ξιφῶν ἀκμάς ὄλας,
 Ὡς ἂν πρὸς αὖραν καὶ καλὴν εὐωχίαν.
 Τίς μοι παράσχοι μουσικὴν τὴν Πινδάρου,
 Ὡς τὴν ὑπερθαύμαστον ὑμνήσω κάραν,
 Νικητικοῖς στέψω τε τὸν Νικηφόρον
 Ἐκ καρδίας βλύζουσιν ἐνθέου λόγοις.
 Ὅρῶ σε etc.

*Sic me efficacis eloquii potentia,
 Sic me eruditus pro Fide laboribus
 Incendis, ac si facibus admotis agas,
 O litterarum dogmatumque ingens decus,
 Expressa imago Conditoris, omnia
 Verbo creantis; orbis o miraculum,
 Sapientis animi sensa quam docte explicas!
 Nunc nunc furentes ensibus strictis minas
 Molles ut auras appeto, ut festas dapes.
 O quis sonantem Pindari lyram dabit,
 Insigne meritis laudibus tollam ut caput,
 Verbisque vates corde fuis entheo,
 Victrice donem laurea Nicephorum!*

Sub illud ipsum tempus Anna Augusta, Palamiticae factionis antistitibus in palatium congregatis, Ioanni Calecae patriarchatum abro-

1) Lectis fortasse prioribus Antirrheticis: de quibus infra in Indice Operum dogmaticorum. 2) Gregoras tamen nec Barlaami nec Acindyni sectatorem sese unquam professus est. Immo, teste Philotheo patriarcha, Antirrhetic. lib. xi.: ἀπαναίνεται σφόδρα Γρηγοράς καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἀρνεῖται τὴν ἐκείνων μυσταγωγίαν. et paulo infra ibidem: λόγοις μὲν ἀποκηρύττων καὶ ἄμφω, καὶ μηδὲ τὸννομα προσποιούμενος ἐπαίειν ἐθέλειν. ἔργῳ δὲ τὰ ἐκείνων ἀνακηρύττων, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκίνδυνος ὧν ἐν τοῖς γραμμασιν.

gavit. Nocte autem proxime subsequuta Byzantium occupatum a Cantacuzeno ¹⁾).

Hic longo ante quam esset ad supremam dignitatem evectus Nicephorum Gregoram in intimis habuerat. Litterarum quippe studiis a puero usque deditus ²⁾ amabat viros doctos, et cum iis frequens conversabatur. Ubi rerum potitus est ³⁾, veteris quidem familiaritatis ius integrum illi servavit: sed plus aequo in Palamitas propensus spes praeclaras, quas is de ipso conceperat, omnino frustratus est. Gregoras vero de amici (ita de Imperatore loquitur) salute sollicitus in eam curam totus incubuit, ut eum aberrantem in viam reduceret. Quin etiam cognitis adversariorum machinationibus, qui ut quam primum exilio mulctaretur clanculum et palam apud Cantacuzenum agebant, liberius hunc arguere instituit, ut vel convictum pudore afficeret, vel ipse Byzantio exactus ecclesiae oppressae conspectu saltem careret. At ille tenax propositi, nec hominis irati verbis offensus, pari usque iure Imperator cum privato disputabat; ut illius clementiam, magis quam huius zelum, plerique admirarentur. Tandem Gregoras, quoniam hac minus succedebat, aliam viam ingreditur. Cantacuzeno Didymotichum profecto ⁴⁾, Irenen adit illius uxorem, recenti filii morte afflictam. Eam cladem erroris per Cantacuzenum grassantis fructum esse affirmat, et fidem facit. Ita suas partes Augustae patrocinio roborat. Ea re audita Palamitae, ac imprimis Isidorus patriarcha, ad Irenen accedunt, eique, ut ab omni cum Gregora consuetudine absteineat, persuadere contendunt. Repulsi Cantacuzenum Didymoticho evocant. Hic tumultum veritus Byzantium advolat et litigantes arcessit, Isidorum nempe et Gregoram. Multis ultro citroque sermonibus habitis, pervicit Gregoras, ut Isidori Canones, seu Hymnodiae, igne delerentur, ac ut loquendi libertatem ii reciperent, quibus adempta esset. His conditionibus in concordiam reditum est, et sumptuoso convivio sancita pax. Sed eae quidem breves induciae fuerunt. Nam Palamas, quod illi colloquio praesens haud interfuisset, Didymoticho postmodum accitus, lites renovavit. Disputatum rursus apud Imperatorem acri contentione, nullo autem successu. De toto illo negotio plura scire qui voluerint, ii Gregoram ipsum adeant, *Historiae libro xv. Cap. v.*

Biennio fere postquam haec gesta sunt, sub exitum anni MCCCXLIX, obiit Constantinopolitanus patriarcha Isidorus. Cantacuzenus Imperator et Irene Augusta Gregorae animum blanditiis, promissis, largitionibus, aliisque artibus iam saepe tentatum, etiam patriarchali dignitate ostentata flectere et sibi mancipare conati sunt. Gregoras ut sententiam mutaret adduci non

1) A. C. MCCCXLVII. mense Februar. 2) Greg. Hist. lib. XIX. c. 1. sect. 4. 3) Lib. XVI. c. 5. 4) A. C. MCCCXLVII. autumno exeunte.

potuit: sed et illos verbis castigatos officii admonuit, et oblatum honorem repudiavit. Itaque creatus patriarcha monachus montis Atho, nomine Callistus, vir illiteratus et Acindynianorum hostis acerrimus. Anno demum MCCCLI. Cantacuzenus, ut Acindynianis turbantibus et Constantinopolitanam ecclesiam criminantibus silentium imponeret, synodum convocare statuit ¹⁾, at non oecumenicam, ut saepe et iam pridem pollicitus fuerat. Gregoras, ea re audita, privatim illum convenit, atque ut ne episcopis paucis, iisque maximam partem indoctis, iudicium permetteret, enixe contendit: tum ne errori suffragaretur, multis rationibus deterere ipsum conatus est. Sed longa et aspera admonitione ²⁾ nihil profecit: immo hominem magis a se alienavit. Caeterum ne religioni periclitanti in ipso articulo deesset, statim se ad certamen accinxit, et ei qui pro Fidei veritate pugnaturus foret convenientem armaturam induit, habitum videlicet monasticum. Id vero factum citra ullam caeremoniam, unius sacerdotis religiosi interventu; e cuius manu vestem cum acciperet, professus est, se mutato deinceps vivendi genere vitae aulicae prorsus renunciaturum ³⁾.

Ubi indictus dies advenit, convenere in aulam omnes factionis Palamiticae episcopi ⁴⁾. Eodem quoque Gregoras cum sociis et discipulis affuit. Inter huius socios eminebant tres pontifices; primus Ephesi, alter Gani metropolita; tertius Tyri episcopus, idemque Antiocheni patriarchae vicem gerens; nec non viri duo eruditione praestantes, Dexius et Athanasius ⁵⁾. Cum his Gregoras, circiter horam diei secundam, palatium ingressus, atque ab interioris aulae aditu per lictores exclusus, diu mansit in vestibulo, epulantibus interea apud Imperatorem Palamitis. Quibus post prandium in Alexii Triclinium ⁶⁾ hora ipsa meridiana introductis, et cum Cantacuzeno quid agendum esset praemeditatis, tandem et Acindyniani impransi iussi sunt intrare. Singula huius pseudosynodi acta recensere longum fuerit; nec vero necesse est, cum ea quivis possit ex ipsius Gregorae libris ⁷⁾ et ex Tomo Palamitico abunde cognoscere. Totius disputationis, quae intra quindecim dies sessionibus quatuor absoluta est, exitus hic fuit. Confirmata Palamae doctrina. In Barlaamum et Acindynum mortuos horrendi carminis ⁸⁾ anathema pronunciatum ⁹⁾. Ephesi et Gani metropolitibus adempta per vim insignia dignitatis;

1) Cantacuz. Hist. lib. iv. c. 23. Greg. Hist. lib. xviii. c. 3. 2) Extat oratio lib. xviii. c. 4. 3) Ibid. sect. 4. 4) A. C. MCCCLI. Maii die 27. 5) Ioh. Cyparissiotis Palamic. transgression. libro secundo, cap. ult. tres Acindynianos memorat ut illustres, Burden, Polerianitam, et Lybdicen. 6) Quod erat in Blachernensi palatio. 7) xviii. xix. xx. xxi. 8) *μεγίσταις καὶ φοβηροδέσταταις ἀραῖς ἀποκηρυχθέντα*, inquit Philotheus patriarcha. Cod. reg. 1996. fol. 319. 9) Ut in eos, quorum salus esset desperata.

non item episcopo Tyri, qui ultimae sessioni haud interfuit. Gregorae discipuli alii in custodias dati, alii omnem cum magistro consuetudinem coacti eiurare. Gregoras tamen ipse nullo dicto violatus; sed ei et aliis quibusdam facile permissum est, domum ut abirent. Tomus synodicus ¹⁾ non statim, sed post duos menses promulgatus ²⁾. Subscribere Imperatores, Ioannes Cantacuzenus, et eius gener Ioannes Palaeologus; tum Callistus patriarcha, et alii pontifices ³⁾. Paulo post ⁴⁾ Cantacuzenus, sumpto omni ornatu Imperatorio, adyta ingressus, Tomum illum propriis manibus gestans altari imposuit, Palamitis applaudentibus et finium Imperii propagationem ob illud meritum spondentibus. Gregoras, statim ut audivit Palamitas Cantacuzeno, si Tomum suum novo illo et inusitato ritu consecraret, fausta omnia promississe; immo, inquit, cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, cognoscite quoniam appropinquavit desolatio Imperii Romani ⁵⁾. Atque hanc eius praedictionem eventus veram fuisse comprobavit, praeclara autem Palamitarum promissa ad nihilum reciderunt. Ob eam rem, item alias ob causas, silentium impositum Gregorae caeterisque orthodoxis. Horum quidam parvere: alii, quod contumaces essent, in vincula coniecti. Illustriores inclusi suis ipsorum aedibus, ne quenquam alloqui possent. Ita metu coacti obticuerunt.

At Nicephorus Gregoras ne tum quidem linguam calamumve continuit: sed scriptis ad Trapezuntios et ad Cyprios amicos ⁶⁾ litteris Byzantinam ecclesiam perversae doctrinae accusavit, et ab ea, velut morbo infecta, ut secederent, eos commonefecit. Quin et Principes ipsos criminari ausus est. Quamobrem ei, domus suae parietibus septo et incluso, custodes monachi appositi sunt. Nimirum ille, etsi habitum religiosum non induit nisi post annum aetatis quinquagesimum sextum, tamen apud Chorae monachos domicilium sibi admodum iuvenis constituerat, ac Theodoro Metochitae, ut iam dictum est, commendatae eius monasterii administrationis socium se et vicarium addiderat. Quin et mortuo successerat in procurationem et conservationem rerum eiusdem coenobii praecipuarum. Habebat itaque in monasterio propriam et ab aliis separatam domum; humilem quidem illam, et nulla sui parte vias publicas attingentem, si patriarchae Philo-

1) Editus a Combefisio Auctarii novissimi parte altera pag. 170. 2) A. C. MCCCCLI. mense Augusto, ante festum Assumptionis. 3) Subscripserunt metropolitani propria quidem manu viginti quinque; duo autem *διὰ γνομῶν*. Affuerunt praeterea episcopi septem, ut constat ex subscriptionibus pseudosynodi Palamiticae, a Combefisio editae. Tamen Gregoras duos tantum et viginti arcessitos affirmat. 4) In festo Assumptionis. 5) Hist. lib. xxv. cap. ult. 6) Inprimis ad Georgium Lapitham. Vid. Cantacuz. Hist. lib. iv. c. 24.

theo ¹⁾ credimus: sed quam adeunti cuilibet multos per annos patuisse, et magna discipulorum frequentia, tum cum res tranquillae essent, quotidie floruisse certum est.

Illic itaque incluso custodes et exploratores additi ii ipsi monachi, quorum erat iam pridem convictor et contubernalis; mandatumque illis, neminem ut ad eum ingredi sinerent, caverentque, ne eius litterae foras ad quenquam perferrentur. Hi munere imposito diligenter atque adeo parum humaniter functi sunt ²⁾; immemores quippe beneficiorum, quibus innumeris affecti erant ab hoc vetere hospite et altero quasi monasterii conditore. Qua de re ipsum Gregoram praestat audire acerbissime conquerentem Historiae libro xxii. Haec cum ita se haberent, tamen variis modis tentata illius constantia. Preces et minae alternis adhibitae, ac de concordia reconcilianda subinde actum per internuncios. Sed nec missi a Cantacuzeno senatores, nec episcopi, aliive a patriarcha oratores delegati, nec praesens ipse patriarcha, hominem movere potuerunt, ut novis decretis subscriberet, e quibus illi voces suspectas et litigiosas sublatas esse affirmabant.

Magna erat et perquam vetus Gregoram inter et Cabasilam amicitiae studiorumque coniunctio: par amborum fama. Sed Gregoram omne eruditionis genus, Cabasilam non tam doctrina, quam ingenium excellens et naturalis quaedam facundia ornabat ³⁾. Et hunc igitur, quum caeteris oratoribus male cessisset, ad Gregoram mitti placuit, comesque ei datus unus ex primariis Callisti patriarchae administris. Ab his eadem rursus quaestiones agitatae. Longi autem colloquii ⁴⁾ idem qui priorum disputationum fructus extitit. Ac illi quidem, minati extrema (nempe eius orationes, in Sanctorum festis recitari solitas, ignem esse deleturum; ipsum vero post mortem extra Urbis moenia proiectum iri ac sepultura cariturum), successu desperato recesserunt. Illum autem durior quam antea circumscedit vigilum monachorum custodia.

At morosam excubitorum vigilantiam brevi fefellit veteris fidelisque amici solertia, si modo vera sunt ea, quae Gregoras de Agathangelo, Callistrati filio, memorat. Nempe exeunte anno

1) Ἐπὶ δὲ τῆς ἐκείθεν προσγενομένης ἀθυμίας (φησὶν ὁ φιλόσοφος) ἀλγῶν τὴν ψυχὴν, καὶ συγχυθεὶς τοὺς λογισμοὺς καὶ τὴν διάνοιαν, καὶ δυσχεραίνων ὡσαυτεὶ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν συνήθη καθέδραν καὶ τὸν οἰκίσκον, ἐξ ἀπόπτου διὰ τινος παρακύνψας θυρίδος (καίτοι γε ψεῦδος καὶ αὐτὸ τοῦτο, τῆς οἰκίας αὐτῷ χαμαιζήλου καὶ ταπεινῆς οὔσης, καὶ μηδαμῶς πεφηνκίας πρὸς ταῦτα· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀμφοδῶν τοῖς ἐξω μηδὲ πρὸς προσεγγίζουσας, καθὰ δὴ καὶ ὁράται) τὰς ἀγνίας καὶ τὰς τριόδους ἐσκόπει, παραψυχὴν τινα πορίζειν τοῖς λογισμοῖς ἐκείθεν βουλούμενος. Philotheus Antirr. I. Cod. reg. 1996. fol. 7. 2) Greg. Hist. lib. xxii. c. 2. 3) Greg. Hist. lib. xxi. c. 5. 4) Gregorae disputatio cum Cabasila extat Hist. lib. xxii. xxiii. et xxiv.

MCCCLI. Decemb. die VIII. in pervigilio Conceptionis B. Virginis Dei matris, cum in Choraë monasterii aedem magna et promiscua hominum turba convenisset, eodem cum caeteris irrepsit Agathangelus, Gregorae quondam discipulus; ac circiter secundam noctis vigiliam in magistri cubiculum per fenestram admissus est. Aegre ab illo agnitus, propterea quod annis decem totis patria abfuerat, post amicas ultro citroque allocutiones primum res inter peregrinandum visas vel auditas, deinde et ea, quae post suum in Urbem reditum ad Gregoram pertinentia didicerat, summam exposuit. Tum ea ipsa nocte nondum elapsa dimissus domum abiit. Idem sexto post mense sub exitum veris reversus ¹⁾ res domi ac militiae superiore anno gestas narravit. Ita per tres annos intervivendo effecit, ne inclusum quicquam lateret earum rerum, quas scire eius interesset. Ex his Agathangeli narrationibus Gregoras libros quinque historicos texuit, continua orationis serie in dialogum mutata; eo scilicet consilio, ut posset alterius verbis tum adversarios arguere liberius, tum se ipsum minore invidia laudare, ubi res postularet: id quod alioqui turpe et indecorum, fortasse isti condonandum est, optimam causam defendenti, et cum haereticis decertanti. Mihi quidem verisimile fit, totum illud Agathangeli subinde euntis redeuntisque episodium confictum esse ab historico ea licentia, qua philosophi et oratores plerique in dialogis uti solent: quamquam hoc satis constat, floruisse illo aevo quendam nomine Agathangelum, qui et adversus Gregoram librum pro Aristotele apologeticum ²⁾ scripserit.

Ab illo tempore, quo Tomus Palamiticus promulgatus est, ad illum diem, quo Ioannes Palaeologus, Byzantium repente ingressus, summam potestatem recepit, Gregoras domo tanquam carcere inclusus multa incommoda pertulit. Ipse ad eam inopiam redactum se queritur, ut cum hiemis frigus acutissimum esset, gelidae aquae pocula aliter tepescere haud potuerit, nisi solis radiis per fenestram in cubiculum intromissis ³⁾. Idem memorat, aquam se ex puteo coactum haurire ad saxum noctu offendisse, atque hinc multis diebus pede aegrotante necesse sibi fuisse aquam pigram et putridam potare, donec Agathangeli ministerio aliam paravisset ⁴⁾. Basilio Magno et aliis compluribus viris sanctis, qui persecutionis metu in speluncas et in solitudines fugissent, permissum olim fuit, ubi sacerdos abesset, sacrosanctum Christi corpus propriis manibus sumere et ori suo admove- vere. Illorum exemplo Gregoras, cum aliter non liceret, propterea quod nullus ad eum domo inclusum sacerdos orthodoxus accedere audebat, Eucharistiae sacramentum sibi ipsi privatim

1) Iunio mense. 2) Indicatum in *Catalogo Bibliothecae Scorialensis.*

3) *Hist. lib. xxviii.* 4) *Hist. lib. xxvii.*

ministravit. Nimirum habebat penes se hostiarum consecratarum copiam longo ante provisam, quas postquam omnes consumpsisset, amicum Agathangelum rogasse se ait, ut alias sibi cum Antidoriſ, seu panis benedicti frustis, afferret. Itaque ei ab adversariis omni fere tam animae quam corporis solatio interdictum fuit. Ab iisdem ademptos sibi per vim sacrae Scripturae libros ¹⁾ narrat; item anno quoque redeunte tentatum se a Principibus per emissarios (quos *ἀνθημερινούς θεολόγους*, seu *unius diei theologos*, vocat), ut aut captiosis argumentationibus deceptus perverteretur; aut, si eum nulla ratione flecti posse appareret, statueretur denique, utrum expediret, carcerisne aerumnis et longa veluti morte eum confici, an manu violenta subito opprimi ²⁾.

Inter hos metus libros Historiae Byzantinae decem composuit tanta celeritate, ut vix dies quadraginta ei scriptioni impenderit ³⁾. Ii sunt liber decimus octavus et novem deinceps continui; quibus tum alia multa continentur, tum Acta synodi Palamiticae, et habita cum Cabasila disputatio; nec non triplex cum Agathangelo colloquium. Porro in his praecipua observatione dignum videtur testamentum ipsum auctoris ⁴⁾: cuius quidem testamenti tria sunt capita. Primo iubet Gregoras illorum decem librorum exemplaria quam plurima summa cautione describi, et amicis ubique terrarum degentibus distribui. Altero Fidem exponit, de Barlaamo et Acindyno ecclesiae decreta approbat, et in Sacramento Eucharistiae verum Christi corpus et sanguinem agnoscit. Tertio cadaver suum, quod Palamitae insepultum proiecturi sint, sepeliri vetat. Haec vero omnia docet scripsisse se raptim ac furtim in charta vilissima, nec aut corrigere aut expolire potuisse, anxium videlicet, ac ne ab inimicis deprehenderetur perpetuo sollicitum. Non mirum itaque, si illi decem libri et minus castigati sunt, et magnam doloris acerbitem produnt; quae et in reliquis, ad illos postea adiectis, non minor quidem existit, abest autem a septemdecim prioribus; quos ex eo apparet, et aliunde etiam constat, ante synodum Palamiticam integra adhuc auctoris libertate conditos fuisse. Praeterea libros decem in Tomum Palamiticum Antirrheticos, eodem illo domestico carcere inclusus, scripsit: manum autem huic operi tum primum admovit, cum Agathangelus, quarta vice in eius cubiculum furtim ingressus, professionem fidei editam a Palama, et selecta ex synodico Tomo capita, ita ut mandatum ei a magistro fuerat, secum attulisset ⁵⁾. Eorum librorum fragmenta extant apud Philotheum patriarcham;

1) Gregoras libros habuit bene multos, ut supra observatum. Quosdam in Bibliotheca Regia agnovi, ac in iis codicem 2259, qui et chi-rographum eius praefert. Est autem is codex, *Flavii Iosephi Historia Iudaica de excidio Hierosolymitano*. 2) Hist. lib. xxviii. Hist. lib. xxvii. 3) A. C. mccccli. Iulio et Augusto mensibus. 4) Hist. Byz. lib. xxvii. 5) Hist. Byz. lib. xxvii. in fine.

qui Tomi Palamitici defensione suscepta, Antirrheticos Antirrheticis opposuit, ac mortuum Gregoram refutare Cantacuzeno hortante conatus est.

Anno Christi MCCCLIV. vere ineunte Matthaeus, Cantacuzeni filius, in templo Blachernensi, Philothei patriarchae opera ac ministerio, coronatus et solenni ritu socius Imperii cooptatus est a patre ¹⁾: atque huius missu paucis post diebus ad Gregoram accessit, animum eius denuo tentaturus, et praemiorum spe oblata suasurus, ut in aulam, quemadmodum antea, frequens veniret. Cumque is nec adhortationibus nec promissis ullis flecteretur, saltem hoc persuadere conatus est, publicarum calamitatum causam non Cantacuzeno Imperatori, sed Providentiae divinae decretis et fatali necessitati attribuendam. Gregoras contra validioribus argumentis probavit, quaecumque homines facerent, ea ipsos non divina praescientia aut fato cogente, sed privatae voluntatis libero instinctu ductos facere; ac proinde frustra Cantacuzenum ea ratione excusari, quod quicquid peccavisset, id non sponte sed fato subigente peccasset. At Matthaeus, ubi illum vidit immotum et inexorabilem in sententia perstare, ac sibi plura dicturo audientiam denegare, tristis abiit: factumque inde, ut severius quam antea Gregoras custoditus, gravissimo terrae motu ²⁾ concussis aliquanto post domus suae parietibus, non ausus sit foras exire ³⁾.

Eodem anno exeunte ⁴⁾ Ioannes Palaeologus Byzantio potitus est: Gregoras, recepta libertate et custodum metu excusso, cum in aulam se contulisset, de novorum dogmatum impietate apud Principem non adeo aequum ⁵⁾ Palamitis liberius disseruit: hortatus est, ut religionem afflictam erigeret; paratumque se ostendit ad ea refellenda, quae Cantacuzenus et Palamas, decretis suis per vim confirmatis, iniqua et absurda definivissent. At Ioasaphus (id Cantacuzeno, monasticam disciplinam professo, nomen erat) ubi haec agitari rescivit, Palamam, qui tum a Turcis captivus tenebatur, grandi pecunia statim redimi curavit, ut is causam suam per se ipse praesens ageret: tum filiae Helenae, Ioanni Palaeologo Imperatori nuptae, auctoritatem interposuit, ne iudicium constitueretur, quod sibi futurum esset ignominiosum. Ita Gregorae studium omne in praesens irritum fuit.

Anno proxime insequuto episcopus Latinus, Palaeologi amicus, Byzantium legatus advenit. Eius nomen silet Gregoras, doctrinam autem commendat, ut hominis in sacrarum Scripturarum commentatione versati, et exercitationibus theologicis in scho-

1) Hist. Byz. lib. xxviii. 2) Eum terrae motum Villanus confert in annum 1354. Kalend. Martii. 3) Eiusdem libri cap. ult. 4) A. C. MCCCLIV. autumno exeunte. 5) Cur Palamitis infensus fuerit, docet Gregoras Hist. lib. xxvii.

lis Latinorum eruditi. Erat is procul dubio Paulus ¹⁾ archiepiscopus Smyrnensis, quem exeunte anno mcccclv. obsequium et debitam Romanae sedi reverentiam a Ioanne Palaeologo Imperatore pactum fuisse, discimus ex Annalibus ecclesiasticis. Hic cum de ecclesiae Graecae opinionibus novis multa audivisset, ab Imperatore postulavit, ut sibi cum Palama, earum opinionum auctore, congredi coram liceret: mox autem, facta colloquendi copia, ubi eum re ipsa multis magnisque erroribus imbutum esse comperit, ipsum quoque Gregoram cum eo disputantem velle se audire significavit ²⁾. Itaque Gregoras, per magnum Logothetam ab Imperatore accitus, in aulam venit, ignarus quam ob causam vocaretur. Nam illum Helena Augusta, parentis sui Cantacuzeni amicis favens, praemoneri vetuerat, ne praemeditatus ad disputandum accederet. Vix palatium ingresso nunciatur, Palamam illic adesse. Eo nuncio primum percussus haesit; et parum abfuit, quin pedem statim referret. Deinde animo obfirmato, et e re nata consilium capiens, ulterius perrexit. Aderat tum apud Palaeologum generum suum Irene Augusta: aderant aulae primores. Gregoras, salutato Imperatore, consedit; atque ut ne in praeludiis recensendis diutius immoremur, proposita ab adversario quaestione de substantia et operationibus divinis, haec in Deo nihil differre multis rationibus probavit. Imperator, utraque parte audita, sive incertior esset quam antehac, sive Cantacuzenum socerum suum damnato Palama nollet contristare, sententiam ferre noluit. At Palamas, benigni Principis silentium prout libuit interpretatus, postridie per totam urbem discurrit, et suae (ut aiebat) victoriae famam ubique disseminavit. Ea re Imperatorem valde offendit; aulicos vero, qui hesterno colloquio praesentes interfuerant, sic irritavit, ut ex urbe in aulam reversus male et sinistre ab iis exceptus sit. In ea disputatione quid actum, quōdve a se aut ab adversario dictum fuerit, Gregoras duobus de ea re scriptis dialogis fuse tradidit ³⁾. De Latino episcopo, cuius gratia disputatum erat, dicere oblitus est quodnam de tota illa concertatione iudicium eius extiterit.

Caeterum Cantacuzenus ex Imperatore monachus, cum novos dialogos publice lectitari et omnium manibus teri videret, sua interesse credidit, ut quam primum refellerentur ⁴⁾. Statim itaque, eo urgente, varii libelli a Palamitis compositi prodierunt. Extat nunc quoque in cod. ms. Biblioth. Regiae ⁵⁾, inter opera Nic. Cabasilae, Satyricum opusculum hoc titulo: *κατὰ τῶν Γρηγοῦ ἀληγημάτων*, in *Gregorae deliramenta*. Extat in alio cod. ⁶⁾

1) Hic Paulus postea Constantinopolitanus patriarcha *titularis* fuit. Eius cum Ioanne Cantacuzeno disputatio manuscripta extat in codice regio 1999. 2) Hist. Byz. lib. xxix. cap. ult. 3) Hist. Byz. lib. xxx. et xxxi. 4) Hist. Byz. lib. xxxii. 5) Num. 2965. fol. 282. 6) Num. 2409. fol. 41.

ἐπίτομος κατὰ τὸ δυνατόν διήγησις τῆς ἐπὶ τοῦ παλατίου ἐνώπιον τοῦ βασιλέως γενομένης διαλέξεως τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης καὶ Γρηγοῦ τοῦ φιλοσόφου. id est, *narratio quam maxime compendiaria disputationis inter sanctum Patrem nostrum Gregorium archiepiscopum Thessalonicensem et Gregoram Philosophum in palatio coram Imperatore habitae*: eaque narratio dogmaticis Palamae operibus praefixa est. Is autem qui eam texuit Gregoram argumentis futilibus et sermone inconcinno; Palamam vero non rationum vi solum, sed et verbis elegantibus sese defendentem inducit. Denique Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana libellus ¹⁾ extat inscriptus, *περὶ τῆς τοῦ Γρηγοῦ ψευδογραφίας ὁμοῦ καὶ δυσσεβείας, de Gregorae scriptis mendacibus, et de eiusdem impietate*: quem qui composuit, is in ipso exordio significat, oppuguari a se τὴν τῆς διαλέξεως διήγησιν, id est, *narrationem disputationis*. Hi sunt nimirum illi, quos Cantacuzenus Gregorae opposuit, frivoli certe et parvi ponderis libelli; ut non immerito eos Gregoras *λογάρια* vocet ²⁾, et *ἀμβλωθρίδια*, ὁμοῦ τῶ πληγέντι ἀέρι πρὸς τὸ ἀφανὲς ἀπιόντα, *fabellas scilicet et vilia quaedam embrya, percusso aëre statim evanescentia*.

Nihilominus idem qui eos libellos vulgaverat Ioasaphus Cantacuzenus, elapso inde anno integro et dimidio, ubi spes suas ipso eventu delusas vidit, Gregoram rursus experiri statuit, et per amicos domum invitavit ³⁾. Gregoras amicitiae redintegrandae spe allectus, et quia illum putabat, mutata forte sententia, velle errata confiteri et corrigere, non gravate paruit, et summo mane ad eum venit. Ac sermo quidem, ut inter amicos eosque veteres, blaudus primum et hilaris fuit. Deinde, Palamae mentione iniecta, cum et Cantacuzenus et assentatores monachi illum laudare et admirari coepissent, ita Gregoras excanduit, ut ex familiari colloquio ad iurgia protinus et ad convicia ventum fuerit. Tantum igitur absfuit, ut eo colloquio lites componerentur, ut novis offensionibus irritata odia recruderint. De hac postrema disputatione Gregoras dialogos quatuor scripsit; eos videlicet, qui Historiae libros totidem constituunt; trigesimum secundum dico, et tres deinceps continuos. Sunt autem ii mere dogmatici, primo excepto, cuius exordium historicum est.

Sub illud credo tempus Ioasaphus Cantacuzenus, pervolutis Historiae Byzantinae libris, quorum Gregoras auctor esse ferebatur, cum alia multa in iis notavit ⁴⁾; tum illud de se imprimis, quod ibi diceretur, *superstite Andronico Imperatore monachos montis Atho fatidicos adiisse, et an rerum potiturus esset, ab iis sciscitatus fuisse*. Idem etiam gravissima crimina, religiosis

1) Num. O. I. 2) Hist. Byz. lib. xxxii. circiter initium. 3) A. C. mcccclvii. 4) Cantacuz. Hist. lib. iv. cap. 24. et 25.

eum montem incolentibus ab historico obiecta, in iisdem libris observavit. Quae ut falsa esse argueret, arbitros convocare et eorum iudicio censuram libri permittere constituit. Acciti igitur viri illustres, et civium Byzantinorum lectissimi: qui ubi criminosas illas narrationes per lectorem recitatas audiverunt, una omnes voce *Gregoram valde mendacem et impudentem et levem esse pronunciarunt*. Ita Gregoras absens et inauditus damnatus est. At hic, ubi rem rescivit, aegre admodum tulit, et Cantacuzeno convento hunc triumphum ut iniquum exprobravit: neque enim quaecunque nomen suum praeferrent, ea omnia scripsisse se: *quae contra Tomum scripta circumferrentur, sua esse; quae contra Cantacuzenum, nescire se cuius forent: velle autem, ubi nactus esset, ea suppressere; quae si prius accepisset, quam ad aliorum aures venirent, igni mandaturum*. Haec ille; ad quae Cantacuzenus ironice respondit, ut ridere potius quam refellere videretur. Atqui Gregoras, cum negaret sua esse quae Cantacuzenus publice arguisset, haud mentiebatur; nisi forte diversos ab iis qui supersunt Historiae Byzantinae libros condiderat. Nam in his quos habemus (sunt autem duodequadraginta continui) de illis montanis oraculis a Cantacuzeno consultis nihil omnino scriptum occurrit; de montis Atho monachis multa quidem; sed non illa ipsa, quae Cantacuzenus apud se lecta esse memorat; immo ea, quae et montem et monachos mire commendant ¹⁾.

Hinc adeo apparet, libros Gregorae ab hominibus improbiis iam tum fuisse corruptos ac depravatos; proinde vera esse, quae hic ultimo Historiae libro de adversariorum nequitia et malis artibus queritur, quod ii multa clanculum ex suis operibus ferro resecta sustulissent, et littera una vel etiam pluribus seu additis, seu invicem permutatis, verum ac rectum sensum omnino invertissent, ut $\phi\epsilon\upsilon$ pro $\epsilon\upsilon$, $\kappa\alpha\kappa\acute{o}\nu$ pro $\kappa\alpha\lambda\acute{o}\nu$, $\kappa\alpha\tau\grave{\alpha}$ pro $\pi\epsilon\rho\grave{\iota}$, legeretur. Quamobrem etiam lectores admonet, hortaturque, ut librorum suorum exemplaria conferant; quae plurima ait extare: quippe se, eiusmodi fraudes praemetuentem, operam dedisse, ut multa apographa discipulorum manu quam accuratissime suo vel amicorum sumptu describerentur.

Fortasse igitur, ut plerisque auctoribus, ita etiam Nicephoro Gregorae quaedam falso adscribuntur, spuria videlicet et supposititia: cuiusmodi esse existimo somnium illud propheticum, a Philotheo patriarcha productum ²⁾ et explosum: quod quoniam nondum typis editum est, iuvat hoc loco integrum apponere. Gregoras domo inclusus ³⁾ Agathangelum furtim ingressum et mox abiturum, in epilogo Operis Antirrhethici, quod Philotheus refutandum suscepit, his alloquitur. *Ἐπεὶ δὲ πόρρω νεκτῶν τὰ τῆς*

1) Vide Hist. lib. xiv. cap. 7. 2) Antirrheth. xii. Cod. reg. 1996. fol. 297. 3) A. C. MCCCLIII.

ὀμιλίας ἡμῶν, ὡς ὁρᾷς, ἐκτέταται, καὶ δέον ἀπιέναι σε, καθευ-
 δόντων οἷς τὰ τῆς ἡμετέρας ἐπιτέτραπται φυλακῆς, φέρε καὶ περὶ
 τῶν συμβησομένων βραχέα τὸν ἐνόντα διέλθωμεν τρόπον. οὐ γὰρ
 ἄξιον οὔτε σέ γε ἀγνοεῖν, οὔθ' οἷς μέλλεις φίλοις ἡμῶν ὀμιλεῖν
 καὶ συνεπάθλοις, ἵνα μὴ πρὸς τὸ τῆς ἐλπίδος ἀποβλέποντες ἄδη-
 λον ἄχθονται. τετύχηκε γὰρ μοι θιφέντι πρὸς δεσποτῆριον ἤδη
 τουτὶ περικεχύσθαι μακρὰν ἀθυμίαν, πάνυ κεντοῦσαν καὶ ὀδυνώ-
 σάν μου τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς, οὐχ ὅτι πάσχων αὐτὸς διετέ-
 λουν εἰρογόμενος, ἀλλὰ τοὺς τῆς ἐκκλησίας ὁρῶν ὑψουμένους χει-
 μῶνας κατὰ τῶν θείων δογμάτων καὶ τὸ πλῆθος αἰεὶ ἐλαυνόμενον·
 καὶ τὸ μὲν δεσμούμενον, τὸ δ' ἐξόριστον γενόμενον· καὶ τὸ μὲν
 κάμπτον γόνυ τῷ Βααλ διὰ τὸ τοῦ λιμοῦ βίαιον καὶ τὴν τῶν οἰ-
 κείων ἀφαιρέσιν¹⁾ καὶ τὸ σῶζον ἦν οὐδαμοῦ. τηρικαῦτα μεστὸς
 γενόμενος λογισμῶν ἐνδακρῦς τε γεγένημαι, καὶ πολλὰ τῷ θεῷ
 προσευξάμενος καὶ καθίσας κάπλι τῆς δεξιᾶς ἐρείσας τὴν κεφαλὴν
 ὑπνω λεπτῶ συνεσχέθην· καὶ μοι ἔδοξεν ὄναρ τῶν φίλων τις
 ἐπιστὰς „χαῖρε” (φάσκειν) „καὶ μὴ ἀθύμει, θεὸν ὑπὲρ οὗ τοῖς
 ἄθλοις ἐγκαρτερεῖς τουτοισὶ κράτιστον ἔχων ἐπίκουρον. ὄψει
 γὰρ οὐκ εἰς μακρὰν τουτουσὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας διώκτας, οὐχ
 οἷα μόνον ὑμῶν ἐπήνεγκαν πάσχοντας τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ μακροῦ
 σχετλιώτερα. ἐμπολεμωθήσονται γὰρ κατ' ἀλλήλων, βασιλεὺς κα-
 τὰ πατριάρχου καὶ κατ' ἐπισκόπων· καὶ αὖ κατ' ἀλλήλων ἐπί-
 σκοποι· καὶ τοῖς ἀλλήλων ἀναθεματισμοῖς, καὶ τοῖς οἰκείοις,
 περιπεσοῦνται· καὶ ἐξωσθήσεται μὲν τῶν θρόνων ὁ πατριάρχης·
 ἀντεισαχθήσεται δ' ἕτερος· καὶ μετ' ὀλίγον τὰ ὅμοια πείσεται καὶ
 αὐτός· καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν βασιλείαν ἅμα ζημιώσεται σὺν ἀτιμίᾳ
 ποικίλῃ· καὶ πρό γε τούτων ὁ Παλαμᾶς τοῖς βαρβάροις ἀλώσεται,
 καὶ μὴ ὅτι τὰ ἔχθιστα, ὅτι μὴ καὶ τὰ αἰσχιστα πείσεται. οἱ δὲ
 πλείους τῶν ἐπισκόπων, σεισμῷ κλονηθείσης τῆς Ῥωμαίων γῆς
 βιαίῳ, αὐταῖς ἐπισκοπαῖς καὶ οἰκίαις συγχωσθήσονται, καὶ αὐτάν-
 δροισι φάναι ταῖς πόλεσι. καὶ τοῦτ' ἂν εἴη καθαιρέσεις ἐκ θεοῦ
 σφισι δικαία, ἀνθ' ὧν αὐτοὶ καθεῖλον ἀδίκως ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγω-
 νισαμένων ὁρθῶς ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ σοφῶν, καὶ ὅσοι
 ὁμότροποι τὴν εὐσέβειαν.” *At quoniam in multam noctem, ut
 vides, colloquium nostrum produximus, oportetque te custodi-
 bus nostris dormientibus domum abire; age, etiam de futuris
 pauca utcunque disseramus. Ea quippe nec te, nec eos, quos
 aditurus es, amicos nostros et laborum socios, ignorare aequum
 est, ne in incertum exitum intuentes ancipiti spe torqueamini.
 Cum ego iam in hunc carcerem coniectus forem, incidi in ma-
 gnam tristitiam, ac dolore circumfusus sum animum meum ve-
 hementer pungente et excruciante; non quia ipse iniuriam pater-
 rer, in custodiam inclusus; sed quia adversus sacra Dei dog-
 mata procellas alte assurgere ac multos quotidie vexari vide-*

1) Deest τὸ δὲ etc.

rem, et alios quidem vinculis coerceri, alios exulare; alios denique fame violenta et bonorum ademptione ad genua stectendum coram idolo Baal; salus autem nulla appareret. His tum cogitationibus plenus illacrymavi, et multis precibus Deum oravi. Deinde cum resedissem, et capiti dextram supposuissem, levi somno correptus sum; ac mihi in somnis amicus quidam visus astare, et ave dicere, atque ut ne animum desponderem hortari. „Deum quippe,” inquit, „cuius causa hos labores fortiter toleras, potentissimum habes adiutorem. Itaque hos verae Fidei persecutores, non ea solum quae vobis intulerunt, sed longe graviora mala perferentes videbis non longo post. Nam et Imperator patriarchae et episcopis, et episcopi sibi invicem evadent inimici; utrique utrorumque anathematismis, et suis propriis, obnoxii tenebuntur. Sua sede exturbabitur patriarcha: in eius locum intrusus alius succedet: atque hic ipse mox similem fortunam experietur. Imperator vero et summa potestate excidet; et afficietur variis ignominiiis. Ante autem quam haec fiant Palamas, captus a barbaris, non modo acerbissima, sed et turpissima passurus est. Plerique item episcoporum, Romanis provinciis violento terrae motu concussis, cum ipsis episcopatibus et domibus et civium plenis urbibus, obruti sepelientur: eaque illis iusta sacerdotii abrogatio divinitus rependetur, eo quod ipsi episcopis et presbyteris, aliisque doctis et pari pietate insignibus viris, qui pro vera religione bonum certamen certaverant, suas dignitates abrogaverint.” Haec si, ut apud Philotheum extant, ita a Gregora antequam res evenissent pronunciata sunt (id quod creditu difficile immo prorsus incredibile est), eum oportet divinitus afflatum futura praescivisse¹⁾. Sin eventibus posteriora, perfecto iam operi ab ipso auctore assuta fuerunt, eum rursus necesse est, cum haec scriberet, simpliciorum hominum credulitati voluisse illudere. Porro hoc videtur ab ingenio et moribus eius viri alienum. Itaque istius fraudis crimen in Palamitas reiici fortasse aequius sit. Minime certe probabile est id Gregoram fecisse, quod ab aliis factum reprehenderit. Reprehendit autem in Historia²⁾ Isidorum patriarcham propriis somniis intentum atque ex iis futura augurantem: caeterorum Palamitarum visiones nocturnas Diabolo et crapulae ascribit³⁾: passim denique astrologos, hariolos, et eos qui divinandi artem quamlibet profiteantur, exagitat ac deridet⁴⁾.

Quo tempore et ubi et qua tandem morte Gregoras supremum diem clausurit, nondum mihi compertum est. Historia quidem eius Byzantina ad annum Christi MCCCLIX. ineuntem pro-

1) Praedixerat Cantacuzeno unum ex eius liberis moriturum; coniectura scilicet, non divinatione. Vide Hist. lib. xviii. c. 4. sect. 2.

2) Hist. lib. xviii. c. 1. 3) Lib. xxi. c. ult. Lib. xxv. c. ult.

4) Lib. ix. c. 11. Lib. xiv. c. 8. etc.

greditur; atque hinc auctorem eo ipso anno decessisse credi possit: sed ea tantum coniectura est, non argumentum omnino certum. Neque vero deest suspicio, idcirco Gregoram ad annum Christi MCCCLIX. narrationem perduxisse, quo haeretici Palamae phrenesim et exitum ex hac vita foedissimum in fine operis describeret; ut quem virum capitali ira vivum persecutus fuerat, in eius morte velut stadio decurso victor conquiesceret.

Ea fuit Palamitarum, inprimis Callisti patriarchae, inhumanitas, ut qui ab eorum communione separati vixissent, eos post mortem insepultos proiici iuberent, canibus et lupis praedae futuros ¹⁾. Quod si qui, communis naturae verecundia et miseratione permoti, illorum corpora humassent, novum crimen simili poena luebatur. Eam ignominiam Palamitae ²⁾ iam pridem Nicephoro Gregorae denunciaverant ³⁾. Huic autem optatissimum id erat, ad martyrii palmam aspiranti. Itaque et hoc praeter alia Agathangelo praeceperat ⁴⁾, ut cum sese mortuum ferisque expositum conspecturus esset, omni prorsus cadaveris humandi cura et inani labore supersederet. Porro et Palamitarum minae et Gregorae vota hactenus rata fuerunt. *Spectandum illud corpus magni Fidei verae praeconis* (inquit Cyparissiotae ⁵⁾) *diu ludibrio habitum et circumlatum; eius nempe viri, quo nec inter philosophos quisquam excellentior, nec inter ascetas disciplinae observantior; nec in obeundis pro religione certaminibus, nec in iis quibus tentatores eum vexarunt persecutionibus, contumeliis, carcerisque angustiis tolerandis constantior fuit; admirandi inquam illius NICEPHORI GREGORAE, de quo per utramque appellationem nihil Deus aliud significavit, nisi eum animo vigili et experrecto victorias ab hostibus veritatis reportaturum.* Hoc elogio mortuum Gregoram ornabat Ioannes Cyparissiotae; ex cuius grandi volumine *Παλαμικῶν παραβάσεων* libros duos selectos Latine vertit, et in lucem primus edidit, R. P. Franciscus Combesius.

Gregorae vitia (neque enim eius scriptoris tam inepte sum fautor, ut nulla habuisse eum contendam) maxime conspicua haec fuerunt. Asper, austerus, pertinax, Principes aequae ac privatos linguae petulantia offendit: philosophus, animo haud imperavit: historicus, partium affectum non exuit: gloriae denique cupiditate et amore sui ipsius nimio laboravit. Plura in stilo reprehendenda; inprimis *κακοζηλία*, seu ambitiosa elegantiae affectatio; poetica verborum luxuries; figurae insolentes; hyperbata; crebrae non modo verborum sed et sententiarum repetitiones. Quod si conferendum exemplum est, in libris eius-

1) Lib. XVIII. c. 1. 2) Lib. XXIV. 3) Ac ipsi etiam Ignatio, patriarchae Antiocheno. Vide Io. Cyparissiotam Palamitarum transgressionum Serm. IV. c. ult. 4) Histor. lib. XXVII. 5) Palam. transgress. Serm. IV. cap. 1.

dem argumenti historicis Cantacuzenus longe praestat. In Chronologia tamen Gregoras diligentior: immo apud Cantacuzenum fere nulla. Cantacuzenus quaedam videtur consulto omisisse, quae Gregoras haud praetermisit. Eiusmodi sunt ea quae hic narrat de Synadeni erga Andronicum seniore inhumanitate, de Ioannis Palaeologi natalibus, de legatis a Papa Constantinopolin missis, et alia innumera. Haec inquam omnia Gregoras, qui nec illatas a barbaris clades dissimulat. Cantacuzenus vero nec de Nicomedia quidem aut de Nicaea ipsa amissa mentionem fecit. Hic solas quodammodo res Byzantinas, noster etiam externas Historia sua complexus est. Uterque igitur legendus et alter ex altero supplendus.

O P E R A.

Scriptis Gregoras permulta variae eruditionis opuscula, quorum pauca typis mandata; pleraque autem extant manuscripta in codicibus Vaticanis, Caesareis, Scorialensibus, Baroccianis, et aliis multis, ut Regios sileam: quaedam item videntur temporis longi iniuria intercidisse. Eorum fere omnium notitiam dabit index uberrimus, ex R. P. D. Bernardi ¹⁾ schedis, Roma ad nos transmissis, et ex variis codicum manuscriptorum catalogis concinnatus. Hunc tu quaeso indicem, ABBAS nobilissime, quantumvis longum, totum oculis percurre. In tanta librorum copia, quot hic videbis enumeratos, erit credo aliquid quod ipso argumento placeat; quod amissum doleas; quod ex Bibliothecarum pulvere erui cupias. Erunt etiam aliqua fortasse, quorum iacturam facile feras. Mihi quidem librorum catalogos perlegisse hoc saepe iucundum fuit, quod ex iis intellexerim deesse mihi multa, vel inutilia, vel etiam mala.

De mensura Arcae Noë, ex Origene. Cod. Barocc. 48. 19.

Ex Prophetis maioribus et minoribus dicta excerpta, cum prologo et commentariis. Cod. Caesar. Vindobon. theolog. 174. Vide et indicem prologorum inter opuscula rhetorica.

Ἀρίστη ἐπιλογή θείων τινῶν ῥήσεων τοῦ μακαρίου καὶ γενναίου Ἰωβ, συμβαλλομένη παντὶ Χριστιανῷ εἰς ὠφέλειαν. Optimus delectus sacrarum quarundam sententiarum beati et fortis Iobi, cuius Christiano utilissimus. Initium, καὶ ἐγένετο ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, καὶ ἰδὸν ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ παραστῆναι ἐνώπιον τοῦ κυρίου. Cod. Caesar. Vindobon. theolog. 174.

Antirrhethici et Steliteutici priores. Scripserat Gregoras libros in Palamam Antirrhethicos, antequam ²⁾ Cantacuzenus im-

1) De Montfaucon.

2) Hoc est, ante annum MCCCXLVII.

perio potitus esset, ut ipse testatur, Historiae libro xxv¹⁾. Eos decem fuisse indicat hoc programma, codici Vaticano praefixum: πίναξ τῶν ἐκλεγέντων ἐκ τῆς καθόλου ἱστορίας Ῥωμαϊκῆς λόγων τοῦ Γρηγοῦ, καὶ συντεθέντων ἐνταῦθα τοῖς ΠΡΟΤΕΡΟΙΣ αὐτοῦ ΔΕΚΑ²⁾ ἈΝΤΙΡΡΗΤΙΚΟΙΣ. Id est: *Index librorum Gregorae ex generali Historia Romana selectorum, et cum DECEM eius PRIORIBUS ANTIRRHETICIS hic coniunctorum.* At in Colvilliano Scorialensis Bibliothecae catalogo³⁾ (qui in Mediolanensi seu Ambrosiana extat manuscriptus) indicantur tantum tres Ste-liteutici in Palamam, cum selectis Historiae Romanae decem libris coniuncti, idque in duobus codicibus; quorum numeri sunt V. H. 19. et I. A. 4.

Antirrhethici posteriores 4). Scripsit Gregoras libros decem Antirrhethicos in Tomum Palamiticum, anno Christi MCCCLIII; quos statim post Tomum promulgatum minatus erat se editurum, ut constat ex his Agathangeli verbis 5): πρὸς ἀπειλῆς ἀνήνεγκας σχῆμα λόγοις ἀντιρρητικοῖς καταλύειν τὸν τόμον, ὃν αὐτοὶ νεωστὶ καὶ λάθρα συνθεῖναι τετολμήκεσαν. Id est: *Minatus es, te eorum Tomum orationibus Antirrhethicis refutaturum; eum scilicet Tomum, quem novissime et clanculum ii componere ausi fuissent.* In Colvilliano catalogo hi quoque Antirrhethici indicantur 6) (sed octo tantum) cum hac inscriptione: λόγοι ἀντιρρητικοὶ κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ τόμου 7). *Orationes Antirrhethicae contra Tomum Palamicum.* In hos posteriores Antirrhethicos Philotheus patriarcha libros duodecim edidit, qui extant in Bibliotheca Regia N. 1996.

Dialogus, cuius titulus: Τίνα δῆποτε ἄρα θεὸς τὸν ἄνθρωπον τὴν ἀρχὴν ἐποίησεν, ἥτοι θνητὸν, ἥτοι ἀθάνατον. *Quem initio Deus hominem creaverit, mortalemne, an immortalem.* Biblioth. Caesar. Vindobon. cod. theol. 174.

Nempe quilibet, habili ad percipiendam artem ingenio praeditus, si simulacrum aspexerit, non facile ab eo nec nisi moleste discedet, ac spectandi voluptate expleri non poterit: illos autem qui in orationes tuas, quasi in simulacra animata, oculis defixis haerent, illos inquam pulchri satietas capiet, aut citius ii discedent ab illis rebus, quae oculorum mentis epulae et deliciae sunt? Id quidem nemo, ut opinor, dicturus est, qui rationis usu instructus sit. Ego, quo tempore magnam urbem habitabam, praeclaras tuas disputationes mirari haud desinebam: nemo erat eruditus, qui non conscius mihi esset applaudenti ingenii tui foetibus, et honorificis praeconiis eos commendanti. At nunc eos libros, quos hoc anno in lucem emisisti, magis admiror; quamquam egregias orationes quam plurimas iam ante edideras, morum gravitate, sententiarum dignitate, verborum maiestate nihilo inferiores Platonis orationibus. Quippe et figuris et compositione et verborum apta collocacione et coniuncta cum suavitate copia et persuadendi vi rhetorica illas aequiparant, quae ab oratoriae artis principe elucubratae fuerunt. Ad eiusmodi orationes cum et magnanimi Demetrii, et eius quae Deum arcanis rationibus peperit, laudes adiunxeris, quoniam (putas) erga te sensu affecisti politioris litteraturae studiosos? Equidem quotquot hic degunt, eos primus ac solus mecum in admirationem rapui. Quod si et illud dici debet, magis profecto quam antea ingenii tui magnitudo nunc demum eluxit. Nimirum doctrinam in tuis operibus reconditam, partim a plerisque ignoratam, partim eorum, qui utcunque intelligerent, praemeditatae invidiae obnoxiam, quantum in nobis fuit ita explicuimus, ut et invidi praeclosure ore obmutescerent, et nostrae approbationi aliorum praeterea complurium suffragia accederent. Iamque adeo te non huius tantum nostrae, aut eius quae proxime praecessit aetatis, sed et superiorum temporum eruditis omnibus, quorum libri monumenta sunt magnorum ingeniorum, maiorem atque excellentiorem statuo. Quod autem non temere id a me nec ad gratiam ullo modo dicatur, cum alia multa abunde declarant, tum ea, quae statim dicturus sum. Alii quidem alias disciplinas et alia studia professi sunt, prout cuiusque voluntas et institutum fuit, aut (ut verius dicam) natura: in quibus cum excelluissent et ad summum pervenissent, tum demum aemulos et similibus laboribus exercitatos visi sunt superasse. At tu nihil est ad quod natus non sis; nihil, quo non te ipsum aggregaveris; nihil, in quo haud felicissime elaboraris. Sed in omnibus sic versatus, ut nemo in singulis, tui

1) Fort. σῶν.

et caeterorum discrimen evidens fecisti. Nam in quibus particulatim quisque praecipuam et singularem operam posuerunt, in iis quosdam supergressus es, cum aliis de palma contendisti; nusquam infra primos substitisti: immo, ut summam dicam, unus hos omnes re ipsa superasti, eo quod ab illis pleraque multiplicis doctrinae genera neglecta sunt; tu vero universa simul perscrutatus es, et ex omni eruditionis parte fructus eximios produxisti, habesque ab omni scientia famam et nomen; sic ut poetam te, oratorem, sophistam, historicum, et aliis singulis nominibus si quis compellet, is a vero aberraturus non sit. Iam ab philosophia, scientiarum augustissima, quis vere est denominatus? Nonne is, qui non solum re (ut ita dicam) philosophus est, sed cui hoc nomen ¹⁾ ab omnibus pro alia quavis appellatione tribuitur? Multi philosophiae studuerunt: unus tu nomen ex ea sortitus es eximium. Etenim rerum cognitionem certam tibi providere et harum causas perfecte explorare cum velles, physiologiam quidem universam, et theologiam, et logicas argumentationes diligentius pervestigasti, quam ea quae dicuntur rudimenta primi puerorum doctores. Tum scientiarum primariarum seu mathematicarum studio id assequutus es, ut solis motum et cursum, reliquorum siderum potestates, totius mundi et partium eius inter se connexarum concentum, dispositionem, proportionem, magis quam alius quisquam intelligeres. Quae tu docendo cum enarres et plurimis discipulis tradas, singulis pro suo captu accipientibus, non sines philosophiam, cuius rei possessio homini pulcherrima est, penitus ex hominibus sublatam obscurari: sed libris maiori perspicuitate compositis quorundam obscure dicta reformabis, interpretationibusque et praeceptis auditores ita erudies, ut eam scientiam posteritati florentem transmissurus sis. Ac nonnulli quidem oratores, cum ingenio minus valerent, dicendo longe praestiterunt. Alii contra intelligendi facultate pollentes rudi et incomposito sermone usi sunt. Quosdam videas, etiam quod ad grammaticam artem attinet, nihil ab illis differre, qui minime loqui sciunt, ut iis magis expediat silere, quam turpi ignorantiae crimine argui. Tu doctrina et ingenio eos qui his rebus instructissimi fuerunt, facundia et verborum delectu eos qui in hac parte excelluerunt aemulatus es. Itaque tuam eloquentiam ex ipsis quasi hortis Atticis prodeuntem in nos invadere sentimus, quoties libros tuos in manus sumimus: ac sermonum tuorum illecebris velut machinis quibusdam capti omnes expugnantur, propterea quod efflorescens ex iis lepos et verborum apparatus speciosissimus auditorem alliciunt. Neque vero multa te eruditio prohibuit, ne orationes quam optime elaborares, nec sermonem tuum ulla labe corrupit, eiusve expolitioni obfuit.

1) Gregoras *Philosophus* per antonomasiam dictus.

Sed summo labore, et per exercitationes plurimas, omnis generis omnis notae eruditionem collectam in thesauris memoriae et ingenii reposuisti; atque eius velut promus condus existis; quae-nam meliora sint, ex usu aestimas ¹⁾, et ex omnigena doctrina facile ac velut ex parato optima quaeque decerpis, et studiosis subinde contribuis. Quinetiam effecisti, ut et philosophi elingues, et oratores minime philosophi esse viderentur. Hoc ipso enim, quod philosophiae rhetoricam miscueris, et ex ambabus tot libros conflaveris, in quibus observare est coniunctas utriusque virtutes, nonne palam existit id quod dico? Equidem sic de orationibus tuis sentio et pronuncio. Atqui haec strictim et velut obiter a me dicta sunt. Oportebat autem in tuarum laudum curriculum descendente cavere omnino, ut tua tibi dignitas salva constaret, et quantum ipse facundiae robur in orationibus tuis exprompsisses, tanto etiam ad eas verbis praedicandas instructum accedere decebat. Tu nos, ut praesens, ita et absens delectas. Bonum enim, cum esset in manibus, eo quo par erat sensu percipiebamus. At quod urbium princeps, eademque patria nostra, tantum sibi honorem ambitiose vindicet, id quidem me summa voluptate afficit: ac quanquam locorum intervallo disiungamur, nihilo tamen minus te diligimus quam si praesentes adessemus; et quia coram non licet, ideo cogitationis motu tecum versamur. Caeterum indolem tuam in orationibus tuis expressam cernimus. Memoria autem consuetudinis tuae, et eorum qui discendi causa quotidie ad te ventitant, animum subeunte, Academiae et Lycei imaginem nobis effingimus. Ac tibi quidem, quod praeclara ista obtigerint, gratulamur; nos vero ipsos, quod te haec aetas tulerit et vitae tuae tempus in hoc nostrum saeculum inciderit, felices praedicamus. Eius tibi quam longissimum spatium utinam prorogetur, ut earum rerum, quae in te eximiae sunt, homines quam plurimi participes fiant.

IV. *Philotheus patriarcha, Antirrheth. XII* ²⁾.

Γρηγοῤῥας δ' οὐτοσὶν, ἐκ βαρβάρων παρὰ τὴν τῶν πόλεων βασιλίδα ταυτηνὴ καὶ τὴν μεγάλην ἔλθων τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ μητέρα (τῆς γὰρ Παφλαγόνων ὥρμητο γῆς) καὶ ἀγωγῆς καὶ παιδείας ἐνταῦθα καὶ μούσης Ἑλληνικῆς μετασχὼν, ὡς καὶ μετεώρων ἀσκήσαι τινα δόξαι καὶ ὀνόματος εὐμοιρηῆσαι τινος, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν πράγματος ὑψηλοτέρου καὶ μείζονος, τὸ μὲν βάρβαρον ἦθος ἀμηγέπη καὶ τὴν φωνὴν ἀποβαλεῖν ἔσχε· τῶν δὲ τρόπων τε καὶ τῆς γνώμης τὸ βάρβαρον οὐ μόνον οὐκ ἔσχεν ἀποβαλεῖν, ἀλλὰ καὶ προσεξειοργάσατο καὶ προσέθηκεν ἐκ πάνυ τοι πολλοῦ τοῦ περιόντος, τῶν ὁμοφύλων χείρων τὰ τοιαῦτα φανείς, ὡς μηδὲ παραβάλλειν ἔξεῖναι. μᾶλλον δ' ἐκεῖνοι μὲν, εἰ καὶ βάρβα-

1) *Vel meliora usu probas.*

2) *Ex cod. Reg. 1996. fol. 283.*

ροι τὴν γλῶτταν ἄλλως καὶ τὸ ἦθος ὄντες τυγχάνουσι, τῆς ἀγωγῆς τε καὶ τῶν πατριῶν οὕτω ταυτὶ χορηγούντων, ἀλλὰ καὶ τρόπων εἰςὶ χρηστῶν καὶ καλοκάγαθίας καὶ ἀρετῆς φροντισταί, καθόσου οἶόν τε· εὐσεβείας τε πρὸ τῶν ἄλλων καὶ τῶν ἀποστολικῶν τε καὶ πατρικῶν δογματῶν σπουδασταί τε καὶ φύλακες, ὡς καὶ αὐτῆς ὑπὲρ τούτων μετὰ πλείστης γε τῆς φιλοτιμίας ἐν τῷ τοῦ καιροῦ παρασχόντι, πῶς ἂν εἰποῖς ἠδέως, ἀφίστασθαι τῆς ψυχῆς. ὁ δὲ καὶ κατεξάνεστη τῆς καὶ θροεψαμένης καὶ παιδαγωγησάσης καὶ λόγων καὶ ὀνόματος μεταδόσης, ὡς μὴ ὄφελεν, ἐκκλησίας· καὶ τὰ δεινότατα καὶ ἀπενικτότατα καὶ πόρρω παντὸς παραδείγματος ἀκολάστῳ καὶ τολμηρῶ γλώττῃ κατὰ τῆς Χριστοῦ νύμφης ὑβρίζει, καὶ Βαβυλῶν κατ' αὐτὸ φημι τοῦτο τὸν μυσταγωγὸν τῶν τοιούτων παρενεργῶν.

Gregoras vero iste, in hanc urbium principem, et ad magnam Christianarum ecclesiarum matrem, ex barbaris cum advenisset (Paphlagonia quippe oriundus), postquam educatione, disciplina, et politioribus Graecorum litteris in hac civitate sic institutus est, ut in altioribus scientiis nonnihil versatus et aliquod nomen lucratus esse videretur, immo illustrius ac maius quam quod re ipsa meruerat; ritum quidem et sermonem barbarum quodammodo exuit; morum autem et animi barbariem non modo non amisit, sed ut maior esset operam dedit, et plenissima de suo accessione cumulavit, popularibus suis adeo ille peior hac in parte, ut cum eo ne conferri quidem possint. Enimvero hi, quamquam lingua et ritu barbari, id quod ab educatione et ab institutis patriis habent, tamen moribus probi sunt, honestatemque et virtutem, quantum in se est, colunt. Iidem veram religionem Apostolorumque et Patrum dogmata studiose prae caeteris amplectuntur et custodiunt, animam ipsam pro iis, si tempus ferat, summa contentione et maximo cum gaudio effundere parati. Iste contra in eam ecclesiam insurrexit, quae et aluerat et praeceptis formaverat; quae eloquium et nomen (utinam ne ita res esset!) impertita fuerat; atque in Christi sponsam atrocissimas, horrendas et ab exemplo omni remotissimas contumelias iecit, Babylaeum ipsum, hac in re videlicet, horum [magistrum et] antistitem praetergressus.

V. Τοῦ Ἀκινδύνου, ἐκ Θεσσαλονίκης πρὸς τὸν Γρηγορᾶν 1).

Βαλσαμῶν ὁ γενναῖος, φίλος ὢν ἔμοι καὶ φίλους πάντας ὑπερβαλόμενος τὰ πρὸς ἐμὲ, ἀντ' ἄλλης τινὸς λαμπρᾶς καὶ μεγάλης εὐεργεσίας (ἥδει γάρ με σοῦ τε καὶ τῶν σῶν συγγραμμάτων σφόδρα περικαύμενον) φέρων ἐνεχείρισέ μοι τὴν σὴν ἐπιστολήν, τὴν περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκουσαν· ἀρκείτω δὲ τοῦτ' ἀντὶ παντὸς ἐπαίνου τοῖς γράμμασι· μᾶλλον δὲ εἰς ὅσον ἂν ἡμεῖς ἰδεῖν τε καὶ εἰπεῖν ἐξικόμεθα, μὴ ὅσον ἐκείνη προσῆκεν,

1) Descripta ex cod. Vat. 1086. manu Clar. V. D. Belmanni Succi.

εὐμενῶς ἐκείνη τε δεχέσθω, καὶ ὁ πατήρ· ἐγὼ δὲ παραλαβὼν καὶ διεξιὼν τό,τε βάθος τῆς διανοίας τό,τε τῆς ἐρμηνεύσεως Ἑλληνικὸν καὶ τὸ τῶν λέξεων ἀνθηρὸν ἐξ Ἀττικοῦ τοῦ λειμῶνος καὶ ποικιλίαν ἐνθυμημάτων ἐκ τῶν Πλάτωνος θησαυρῶν (εἰ μὴ παντάπασι ἀπίστος ἐγὼ τὰ τοιαῦτα) καὶ πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν μεθ' ὧρας κατασκευὴν αὐτῆς (οὐχ ὅσον μὲν εἰκὸς ἦν, οὐδ' ἐγγύς, ὅπερ εἶπον) θαυμάσας δ' οὐν εἰς δύναμιν τὴν ἑμαντοῦ, τοῖς σφόδρα ζητοῦσι (πολλοὶ δὲ οὗτοι) δέδωκα. καὶ ἦλθε διὰ πάντων τὸ θαῦμα· καὶ πολλαχοῦ σοι θέατρα καθεισθήκει διὰ κρότου καὶ πηδημάτων, ἄλλων ἄλλα θαυμαζόντων· μᾶλλον δὲ πάντα πάντων, ὅση γε δύναμις ἐκάστω. ἀλλ' οὕτω μὲν τῇ ἡδονῇ τοὺς ἀνθρώπους τῶν γραμμάτων ἐξήρτησας. ἃ δὲ ὠφέληκας τῇ διδαχῇ, τοὺς τε τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην σοι μετιόντας, τοὺς τε μὴ· τοὺς μὲν, ἃ μηδαμῶς ἤδεδαν, μεμαθηκότας· τοὺς δ', ἃ σφαλερῶς, ἐπανωρθωμένους, καὶ τὰ κριβέες ¹⁾ ἐγνωκότας· τούτων τίς οὐχ ὁμολογεῖ σοι χάριτας μείζους ²⁾ ἢ περ ἔχων τυγχάνει; ἐκείνην ἐγὼ τὴν ἐπιστολὴν ὑπὸ ποικιλοφρομιγγος ἀοιδᾶς τοῦ Θηβαίου ποιητοῦ συντεθῆναι, μὴ μάτην (οἶμαι) νερόμικα· ἐκείνην τῆς παρὰ Πλάτωνι κατ' οὐρανὸν Ἀφροδίτης ὑπέιληφα γέμουσαν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πόλλ' ἕτερα τῆς σῆς γενναίας καὶ γνώμης καὶ γλώττης δημιουργήματα παρ' ἐμοί σοι συνῆκται, καὶ διὰ θαύματος ἄγεται· εἶπερ ἃ πέπομφας Ἰωσήφ ἐκείνω τῷ μακαρίτῃ καὶ σοφωτάτῳ, διὰ τοῦ θεσπεσίου καὶ σοφοῦ Παλαμᾶ, διὰ μνήμης ἔχεις· πρὸ γὰρ δυοῖν ἐτοῖν τοῦτό γε· ὅς ἐπειδὴ τὸν φιλόσοφον εὗρε παρὰ τὸν ἐκ μάλα πολλοῦ πεποθημένον οἰχόμενον (ἦδει δὲ ἄρα καὶ οὗτος δεινὸν ἐμὲ τῶν σῶν ἔραστην, καὶ ὡς εἰ κομιεῖ τὸ βιβλίον, τὰ μέγιστα μοι χαρισάμενος ἔσται) φέρων ἐγκεχείρισε, φιλοτιμώτατα προσειπών· δέξαι λόγους, ὧν ἡρας. ἀνθ' ὧν παρ' ἡμῶν οὐ μικρὰς τινὰς κεκόμισται χάριτας, ἀλλ' οἷας οὐ μέμψασθαι. ἐκ τοσοῦτου σφοδρῶς ἔραστας εἶχες ἡμᾶς, ὧ μὲγα κῦδος Ἀχαιοῖσι, λέγω δὲ τοῖς Ἑλλησιν· εἰ μὴ μᾶλλον τούναντίον πολλοὺς τῶν ἐν λόγοις τὸν βίον κατατριψάντων αἰσχύνει τὰ σὰ τῇ ὑπερβολῇ καὶ λυπεῖ· ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς ³⁾ γε, εἰ καὶ μηδὲν τὸ ἡμέτερον πρὸς τὸ σὸν πέλαιος τῆς σοφίας, ὧ βέλτιστε. μάλιστα μὲν οὐν καὶ συγχαίρομεν, καὶ ψήφους ἠδιστα σοι τῆς κατὰ πάντων νίκης ἐκφέρομεν. εἰ σοι τοίνυν καὶ αὐτῷ τῶν δικαίων τι δόξειε (δόξει δ' οἶμαι, μὴ τὸν οὕτω τῶν σῶν ἔραστην μόνον εἶναι τῶν Ἀργείων ἀγέραστον· μηδὲ μόνοις τοῖς πρὸς τοὺς ἄλλους σου γράμμασιν, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς πρὸς αὐτὸν ἐντροφᾶν) ἐπιστελεῖς καὶ ἡμῖν, καὶ δεῖξεις, ὡς οὐ μάτην ἔρωμεν. εἰ δὲ μήπω τεθεαμένος τὴν σὴν χρυσὴν κεφαλὴν, μὴδ' ἄλλως ἄγαν ἐγνωσμένος σοι γράφω, μὴ τοῦτο θρασύτητος ἀλλ' ἔρωτος οἶου. εἰ δὲ ψυχὴ σώματος τιμιωτέρα, τῷ βελτίονι δήπου σύνεσμεν, εἰ ψυχῆς ἀν ⁴⁾ ἐγγονα τὰ συγγράμματα.

1) An ἐς τὰ κριβέες?
ἦν.

2) Leg. μείους.

3) Leg. ἡμᾶς.

4) Fort.

Acindynus Gregorae. Epistola Thessalonicae data.

Balsamon, vir egregius, cum et amicus meus sit et mei studio amicos omnes vincat, tuas mihi litteras (sciebat enim me et tui et scriptorum tuorum amore vehementer inflammatum), tuas inquam litteras mihi obtulit, insignis et magni cuiuslibet beneficii loco habendas; illas videlicet, quae caelestia ignaris pandunt. Una haec laus iis pro alio omni elogio sufficiat: immo et epistola et epistolae pater istam laudem boni consulant, si minus parem rei dignitati, at pro captu nostro, quatenus nempe et perspicere et eloqui possumus, satis magnificam. Ego vero litteras ab illo acceptas cum perlegissem, sensum reconditum, Graecae linguae proprietatem, dictionum ex horto quasi Attico decerptarum floridam elegantiam, argumentorum varietatem, ex Platonis (si qua nobis fides in his rebus) penu depromptam, totam denique, ut verbo dicam, compositionem venustam et concinnam admiratus sum: quamquam ea, quae dixi, veris minora et longe infra rem fuerunt. Attamen eas litteras pro virili admiratus eis tradidi, qui magnopere expetebant. Erant porro plurimi, ac per omnes admiratio pervasit. Tum passim tibi theatra plaudere, passim omnes prae gaudio exsilire, aliis alia suspicientibus, immo omnia omnibus, pro sua singulis facultate. Ita tu quidem homines suspensos litterarum suavitate tenuisti. Quod autem eruditione tua aequè omnibus profueris, tum iis qui eandem ipsi quoque disciplinam excoluissent, tum iis qui rudes essent; his quidem eas res, quas nunquam audierant, edoctis; illis vero earum, quas perperam didicerant, recta et accurata cognitione instructis: quis non tibi eo nomine gratias [maximas] ¹⁾ agit, at minores tamen quam quas re ipsa habet? Equidem mihi videor haud temere iudicasse, illam epistolam grata lyricorum modulorum varietate a Thebano vate elaboratam, et Veneris, eius nimirum quae a Platone caelestis dicitur, plenam credidisse. Atqui multa tua apud me collecta excellentis ingenii et facundiae monumenta alia admirationem habent: quae tu, si meministi, beato illi viro et doctissimo philosopho ²⁾ Iosepho divini sapientisque Palamae ³⁾ interventu ante hoc biennium misisti. Hic ⁴⁾

1) Si legas *μείζους*, vertendum erit, *gratias agit maiores, quam re ipsa habeat*, quod absurdum est. 2) Extat inter Gregorae opuscula cod. Vatic. 1086. fol. 75. *πρὸς τὸν σεβασμιώτατον Ἰωσήφ περὶ τοῦ πάσχα ἀπόδειξις, ὅπως ἐσφάλῃ πρὸ χρόνων, καὶ ὅπως δεῖ ποιεῖσθαι τὴν τούτου διόρθωσιν*, parum diversa ab eiusdem argumenti disputatione, quae edita est Hist. Byz. lib. VIII. cap. 13. 3) Acindynus, cum hanc epistolam scripsit, amicus Palamae erat. At postea cum illo capitale odium ipse et Gregoras exercuerunt. Non est itaque ut credamus, Acindynum ideo in hac epistola blanditum esse Gregorae, quod is secum adversus Palamam conspiraret. Vide cod. Reg. 2409. fol. 183. ubi Palamas magistrum se Acindyni fuisse gloriatur. 4) Palamas.

autem, ubi philosophum ¹⁾ ad illum cuius iam pridem desiderio arsisset migravisse comperit, cum et ipse ²⁾ sciret tuorum operum fervidum me amatorem, ac se, si librum afferret, maximam a me gratiam initurum, illum ipsum librum allatum mihi tradidit, et verbis perquam honorificis alloquutus, accipe (inquit) quas amabas orationes. Pro quo munere gratias ei persolvimus nec parvas, nec quarum illum poeniteret. Ex illo nostri in te amoris vis magna extitit, *o ingens gloria Achivum*. Graecorum quippe tu gloria; nisi potius eorum pudor es et dolor, eo quod illos superaveris, qui in eloquentiae studio aetatem omnem contriverunt. Nos certe ii minime sumus [quibus pudorem simul doloremque ea re afferas]. Immo vero gratulamur, ac triumphum de omnibus lubentissime uni tibi decernimus. At si id tute ipse aequum iudicaveris, iudicabis autem, ut spero, aequum esse, ne qui sic tua amet, *solus de gente Pelasga Indonatus* eat litterisque careat, quae, non solum ad alios sed ad eum etiam scriptae, ipsi sint in deliciis), ad nos quoque scripturus es, ut ne frustra amare videamur. Quod si ego, licet aureum caput tuum nondum aspexerim, nec aliunde sim valde notus, nihilominus tamen ad te scribo, id tu ne audaciae sed amoris esse ducas. Caeterum quoniam animus corpori praestat, meliore utique nostri parte tecum sumus; siquidem foetus mentis est id quod scribitur.

VI. Philotheus iterum ³⁾.

Ὁ Γρηγορᾶς Νικηφόρος καὶ πάλαι μὲν ἦν προσκείμενος ταῖς τοῦ Βαβλαάμ καὶ Ἀκινδύνου κακαῖς δόξαις. διὸ καὶ ἐπηρεάζων ἦν τῇ ὀρθοδόξῳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, εἰ καὶ λάθρα τέως καὶ πρὸς ὀλίγους ἐποίει τοῦτο, τοὺς προσιόντας αὐτῷ· καὶ πρὸς τοῦ ὀρθοῦ λόγου προστάτας κακῶς πάνυ διέκειτο. τῆς δὲ τελευταίας συγκροτηθείσης ἐκείνης συνόδου, ἧς προεκάθητο ὅ,τε εὐσεβέστατος καὶ φιλόχριστος βασιλεὺς κῦρος Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνὸς καὶ ὁ πατριάρχης ἐκεῖνος κῦρος Κάλλιστος, ἐπεὶ καὶ Γρηγορᾶς, εἰς τὴν ἱερὰν ἐκείνην σύνοδον παρελθὼν, ἐξηλέγχθη σὺν τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ τὰ Βαβλαάμ τε καὶ Ἀκινδύνου νοσῶν, εἰς τε τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τὴν φυσικὴν τῆς τριάδος ἐνέργειαν καὶ χάριν καὶ ἔλλαμψιν κάκιστα βλασφημιῶν, καὶ οὐ μόνον τοῖς ἀρχαίοις αἰρετικοῖς σχεδὸν πᾶσι, ἀλλὰ δὴ καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς συμπεριφερόμενος πλάναις καὶ δόξαις· δι' ἃ δὴ πού παρα τῆς ἱερᾶς ἐκείνης συνόδου αὐτὸς τε καὶ οἱ ὁμόφρονες αὐτοῦ, μὴ μεταμεληθέντες, τοῦ πληρώματος τῶν ὀρθοδόξων καλῶς ἀπετμήθησαν καὶ τῷ ἀναθέματι παρεδόθησαν κατὰ τὰ πατρικὰ καὶ συνοδικὰ θεσμά· καὶ τόμον προβάλλοντος τὸ τηρικαῦτα συνοδικοῦ, ὃν δὴ καὶ βασιλεὺς καὶ πατριάρχης ἐκεῖνος καὶ ἡ τῶν ἱερωτάτων ἀρχιερέων

1) Iosephum. 2) Non minus scilicet quam Balsamon, de quo supra.

3) Cod. Reg. 1996. fol. 1.

Ἱερά σύνοδος ὑπέγραψαν ὁμοῦ· ὁ Γρηγορᾶς τὴν ἤτταν καὶ τὴν αἰσχύνην μὴ φέρον, ἅμα δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ κινηθεὶς, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις φησὶ, κατὰ τῆς συνόδου καὶ τοῦ Ἱεροῦ τόμου χωρεῖ καὶ πειρᾶται λόγοις ἀντιρρητικοῖς, ὡς ἐκεῖνος ὑπέλαβεν, ἀνατρέπειν ἐκεῖνα. συγγράφεται τοίνυν λόγους ἢ διαλόγους δέκα, οὓς κατέχων ἦν παρ' ἑαυτῶ, καὶ τοῖς ὁμόφροσιν ἑαυτοῦ μόνοις κατ' οἶκον ἐπιδεικνύμενος, etc.

Nicephorus Gregoras Barlaami et Acindyni opinionibus per-versis iam olim adhaerescebat, atque idcirco orthodoxam Dei ecclesiam obtrectabat, licet clanculum et apud paucos ad se adeuntes id faceret; denique erga sanioris doctrinae defensores male omnino erat affectus. Demum coacta novissima illa synodo, cui praesidebant religiosissimus et amans Christi Imperator Dom. Ioannes Cantacuzenus et is qui tum patriarcha erat Dom. Callistus, tum vero Gregoras et alii cum eo sentientes, in illam sacram synodum ingressi, convicti sunt errorum Barlaami et Acindyni: nempe in divinitatem unigeniti Filii Dei, et in naturalem Trinitatis operationem gratiamque et splendorem pessime blasphemantes, ac non modo veterum fere omnium haereticorum, sed et gentilium erroribus opinionibusque temere abrepti et velut circumacti. Quamobrem sacra synodus ipsum et socios, haud poenitentes, ab universo Orthodoxorum coetu iure ac merito abscisos anathema esse iussit, prout Patrum Conciliorumque decretis cautum esset. Tunc et synodicus Tomus prodiit, cui et Imperator, et ille quem dixi patriarcha, et sanctissimorum pontificum sacra synodus, una omnes subscripserunt. At Gregoras hanc de se victoriam et dedecus non ferens, sociis praeterea instigantibus, ut ipse in libris ait, synodum simul et sacrum Tomum aggreditur, et orationibus (ut ipsi videbatur) antirrheticis conatur evertere. Conscribit itaque orationes seu dialogos decem, quos apud se servabat, domique iis solum qui secum consentirent ostendebat.

VII. *Acindynus iterum.*

Σὺ σίμβλον ἡδὺ, καὶ λόγον μέλι βρούεις,
Ἄνθη συνάξας, etc. ut supra in Vita.

Adde,

Οἶε με πῶς γοῦν καὶ κινεῖσθαι καὶ πνέειν,
Καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῆς ψυχῆς διευθύνειν,
Καὶ τῆς ἀνάγκης τὰς στροφὰς ἀποπλέκειν,
Σοῦ μὴ λαλούσης τῆς πνοῆς μου τῶν λόγων;
Νῆ τοὺς λόγους, ἄψυχον ἀντικρὺς βρέτας
Εἰμὶ Βυζαντίδι κακῶς πεπηγμένον,
Κάν τοῖς θεάτροις ἀκλεῶς ἀνηρμένον.

Ἄν γοῦν ἀνοίξης πνευμάτων σου τοὺς τόνους,
Καὶ πνεῦμα πνεύσης ζωτικῶν ἐξ ὀργάνων,

Τοῦ Θεσβίτου πως ἐμφανίσεις τὴν χάριν,
 Καὶ ζῶντα δείξεις ὡς ἐκεῖνος τὸ βρέφος,
 Καὶ προσλαλοῦντα φιλικοῖς προσρήμασι,
 Καὶ μακαρίαν ἀναδείξεις τὴν πόλιν,
 Ἦν δυστυχῶν ἔγωγε δυστυχῆ κρίνω.

*Quomodo igitur putas me et moveri et spirare,
 Et meatus animae dirigere,
 Et necessitatis nodos expedire,
 Te non loquente, qui spiritus es meorum sermonum?
 Per eloquentiam [iuro], inanimatum plane simulacrum
 Sto Byzantino in solo male fixum,
 Et in theatris indecore erectum.
 Quod si aperueris pulmonum tuorum arterias,
 Et spiritum inspiraveris vitalibus ex organis,
 Thesbitae¹⁾ virtutem quodammodo repraesentabis,
 Infantemque, ut ille, exhibebis viventem
 Et alloquentem amicis alloquiis,
 Ac beatam reddes Urbem,
 Quam ego, cum sim infelix, infelicem iudico.*

Idem.

Οὕτω με τοῖς σοῖς ἐξανηρτήσω λόγοις
 Καὶ τοῖς καλοῖς ἀγῶσι, etc. ut supra in Vita.

Adde,

Ὅρῶ σε, Χριστέ, νῦν ἀκραιφνεῖ λαμπάδι
 Ποιούμενον πρόνοιαν, οὐδ' ἀπωσμένον
 Τὴν σὴν ταπεινὴν παντελῶς κληρουχίαν.
 Ἡ λαμπὰς οὗτός ἐστιν ἢ φέγγουσά μοι.
 Ἡμεῖς ὁ κληρὸς, οὓς ἐπελπίζεις, λόγε.
 Φύλαττε λοιπὸν, σωστικὴ θεαρχία,
 Τὸν ἐς κράτος λάμψαντα τῆς ἐκκλησίας
 Θεσαυρὸν αὐτὸν παμφαῶν ἀγαλμάτων.

Video te, Christe, pura nunc lampade²⁾

Curae habere nec repudiare

Humilem tuam prorsus hereditatem.

Iste lampas est, quae mihi lucet;

Nos hereditas, quos sperare iubes, o Verbum.

Conserva demum, salutifera Dei potestas,

Eum, qui ad gloriam ecclesiae illuxit,

Thesaurum ipsum splendidissimorum ornamentorum.

VIII. *Gregorius Palamas, in epistola ad Nomophylacem³⁾.*

Οὐκ ἄλογον ὄντως πέπονθε πάθος, ᾧ βίος ὁ λόγος· οὗτος
 οὐ τὰ κατηλογημένα βιβλία πέπομφας ἡμῖν ἔναγχος· καὶ, ἴν'

1) Eliae. 2) Supple, mihi prae lucente. 3) Cod. Reg. 2409. fol. 259.

εἶπω τὸ τῆς γραφῆς, οὐκ ἐμωράνθη φάσκων εἶναι σοφός;
 Εἰ δ' ἄρα φησὶν οὗτος ὁ ἀμαθῶς οὕτω καὶ σκαιῶς συγγραφόμε-
 νος σοφός, ὡς ἑτέραν κρύπτει διάνοιαν αὐτοῦ τὰ θήματα, γνώτω
 μὴ τοῦ κρύπτειν ἔνεκεν, ἀλλὰ τοῦ ἐκφαίνειν τὴν τοῦ λέγοντος διάνοιαν,
 λεγόμενά τε καὶ γραφόμενα τὰ θήματα. διὸ κατὰ τὴν ὑγιᾶ
 δῆπουθεν ἀντιστροφῆν, ἄσοφον τὸ ἀσαφές, ὥσπερ τὸ σοφὸν σα-
 φές Ὁ καθ' ἑαυτοῦ μεμηνῶς οὗτος ὁ λογογράφος, καὶ αὐ-
 τοκατάκριτος λογοποιός, καὶ τάναντιώτατα πρὸς ἄλληλα καθ' ἑαυ-
 τοῦ τε καὶ ἡμῶν λογογραφεῖν οὐκ ὄκνησε Ὁ παρ' ἑαυτοῦ
 σοφός οὗτος, ἀλλ' ἀδιάβατον ἔχων ἐπὶ τὰ κρείττω τὸ τῆς ψυχῆς
 λογιζόμενον, ἂ μὴ ἐώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῆ φυσιοῦμενος ὑπὸ
 τοῦ νοῦς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, πολλαῖς μὲν καὶ δειναῖς βλασφημίαις
 περιπίπτει προῖων, πολλαῖς δὲ κατεφθαρμέναις ἄλλως διανοίαις,
 καὶ ἀνακολούθως ἐχούσαις πρὸς ἀλλήλας

Nonne prorsus ratione excidit hic, cuius omnis vita in ratio-
 nis excolendae studio posita est; hic, cuius nobis libros fuites et
 absurdos nuper misisti; atque, ut Scripturae verbis utar, *nonne
 stultus factus est, dicens se esse sapientem?* . . . Quod si hic sa-
 piens, qui tam indocte et imperite scribit, alium sensum subesse
 verbis suis occultum dicit; meminerit, non ad occultandam sed
 ad declarandam mentem eius qui loquitur et pronunciari verba et
 scribi. Quamobrem recte utique et alienum a sapientia esse dici-
 tur id quod est obscurum, et vicissim sapientiae consentaneum
 esse id quod est clarum et dilucidum. . . . Hic in se ipsum furens
 sermonum scriptor et suomet iudicio damnatus fabulator non du-
 bitavit in se pariter et in nos ea scribere, quae secum maxime
 pugnarent. . . . Hic sibi ipsi sapiens, sed qui mentem et cogitatio-
 nem ad meliora transferre haud quaquam potest; *quo* ¹⁾ *non vi-
 dit, ambulans; frustra inflatus sensu carnis suae;* in plurimas
 deinde et graves blasphemias impingit, atque in multas senten-
 tias incidit, cum alioqui vitiosas, tum ex se invicem minime con-
 sequentes ²⁾.

- 1) Quae vulg. 2) Haec convitia in Gregoram, non autem in Acindy-
 num, iacta esse, apparet ex his verbis, quibus epistola clauditur: οὐκ
 ἄκομψον, εἰ καὶ καταγέλαστον, ὅτι τὸ πλεῖστον αὐτῷ τῶν γεγραμ-
 μένων τὴν τοῦ Ἀκινδύνου δόξαν καθαιρεῖ, ἄκομτος τοῦ γράφοντος
 καὶ ἀγνοοῦντος. *Non illepidum hoc, tametsi ridiculum est, quod
 quae scripsit, eorum maxima pars Acindyni opinionem convellit, in-
 vito eo qui scribit et insciente. Item ex his, in quibus ad nomen
 Gregorae evidenter alludit, et eius patriam notat, quae erat Paphla-
 gonia: ἢ τῶν ἐπὶ τούτῳ συγκεκορημένων ἐφ' ἡμῶν δυεῖν μεγίστων
 συνόδων ψῆφος οὐ μὲν οὖν οὐδένα τῶν ἐρηγορότων κέληθε, μάλι-
 στα Ῥωμαῖον ὄντα καὶ πολίτην ἡμέτερον. Nemo est, quem duorum
 super ea re maximorum Conciliorum, nostra aetate habitorum, deci-
 sio latuerit; nemo inquam experrectus, praesertim si Romanus et ci-
 vis noster sit.*

IX. *Demetrius Cydonius, in epistola ad patriarcham Philotheum* 1).

Τί τοίνυν ἀπειλεῖς; ἵνα τὰς ἐταίρας συναγαγὼν τοὺς ἔμοῦς καταπλέξης λόγους, ὥσπερ ἄλλου τινός, ἀρετῇ μὲν καὶ σοφίᾳ συζήσαντος, τοῖς δὲ σοῖς ἐλέγχοις λαμπρότερον αὐτῷ τὸν βίον κατασκευάσαντος; οὗ πρὸς τοὺς λόγους ἀντιβλέψαι μὴ δυναθεὶς ἐπὶ τὸ πῦρ εἶδες καὶ τὰς ψήφους τῶν γυναικῶν.

Quid minare igitur? An te orationes meas, collecta amicorum turba, combusturum, ut alterius 2) cuiusdam, qui quamdiu vixit virtutem et sapientiam coluit, te ipso autem confutato vitam suam fecit illustriorem? in cuius adversos libros intueri cum haud posses, ad ignem statim et ad suffragia mulierum respexisti.

X. *Cantacuzenus, initio Antirrheticorum de lumine Thaborio adversus Prochorum* 3).

Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ἀνίσταται ὁ φιλόσοφος Γρηγορᾶς Νικηφόρος, ἐπεκδικῶν τὰ τε Ἀκινδύνου καὶ Βαρλαάμ. καίτοι γε τὸν φιλόσοφον, ὡς φιλόσοφον, πείθεσθαι ἔδει τῇ ἀληθείᾳ καὶ ἡρεμεῖν. ὁ γὰρ φιλοσοφίας ὄρος τοιοῦτός ἐστιν, ὥστε τὸν ταύτην ἀσπασάμενον ἀπλαστον εἶναι προσήκειν καὶ συνετόν· ὥσπερ τοῦναντίον ἀναίσχυντον πάντη καὶ ἰταμόν, τὸν πονηρίᾳ συζῶντα καὶ βασκανία. ὁ γὰρ τοι τοιοῦτος, κἂν μυριάκις ἐπιστομηθῇ, τοσαύτακις ἀνθίσταται πάλιν. ὁ δὲ τὴν φιλίην ἀλήθειαν ἀποθέμενος καὶ ἐτέρους προσλαβόμενος ἰκανοὺς κατὰ τῆς ἀληθείας ἴσταται. ἀλλ' οἱ ἐχθροὶ κυρίου ἐψεύσαντο αὐτῷ. καὶ τοίνυν καὶ αὐθις τρίτης συνόδου συγκροτηθείσης καὶ αὐτῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει παρ' ἔμοῦ, τὸν πατριαρχικὸν θρόνον τοῦ μακαρίου Καλλίστου κοσμοῦντος, πάλιν γίνεται τόμος, ἐπεκδικῶν μὲν καὶ ἐπιστηρίζων τὸν τε πρῶτον καὶ δεύτερον τόμον, καταδικάζων δὲ τὸν Γρηγορᾶν σὺν τε τῷ Ἀκινδύνῳ καὶ Βαρλαάμ. ὁ δὲ τὴν τοιαύτην ἐνεχθεῖσαν ψήφον μὴ ἐνεγκῶν κατὰ τοῦ τόμου χωρεῖ· καὶ οὐτ' ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, οὐτ' ἀπὸ τῆς διδασκαλίας τῶν θείων πατέρων καὶ θεολόγων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κοιλίας αὐτοῦ βλάβσημα ἐρεύγεται ῥήματα. ἔνθεν τοι καὶ τῷ ἀγιωτάτῳ πατριάρχῃ Φιλοθέῳ βιβλίον ἐξεπονήθη κατὰ πάντων αὐτῶν, τῷ Σοδομιτικῷ πυρὶ ἑοικὸς, τῷ τεφροῦντι γλώσσας βλασφήμους καὶ ἀσεβεῖς.

Οὐκ οἶσθα 4) ὡς πρῶτος καὶ κορυφαῖος καὶ πάντων ὑμῶν ἕξαρχος Βαρλαάμ, προστάτης τῆς ἀθέου ταύτης αἰρέσεως χρηματίσας διαπυρότατος, συνοδικῶς ἀπηλέγχθη, καὶ πάσαις ψήφοις τὴν ἦτταν ἠνέγκατο· καὶ τόμος ἐξετέθη συνοδικός τε καὶ πατριαρχικός, κηρύττων τὴν ἐκείνου κακοδοξίαν; ὁ δὲ μετ' αὐτὸν τὰ ἐκείνου ἀναλαβὼν Ἀκίνδυνος οὐ καὶ αὐτὸς ταῦτά δὴ ταῦτα τῷ Βαρλαάμ

1) Ex cod. Reg. 3118. fol. 28. 2) Scil. Gregorae. 3) Ex cod. Reg. 1999. fol. 24. 4) Ex eodem cod. fol. 49.

πέπονθε, συναπελεγχθέντος αὐτοῖς καὶ τοῦ πατριάρχου Καλέκα; τὸν δέ γε φιλόσοφον Γρηγορᾶν, ἔτι τε τὸν Ἐφέσου, τὸν Γάνου, τὸν Δεξιὸν, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸν Ἀθανάσιον οὐκ ἠγνόηκας πάντως, ὡς καὶ τρίτη δι' αὐτοὺς συγκεκρότητο σύνοδος παρ' ἐμοῦ τε καὶ τοῦ μακαρίτου ἐκείνου πατριάρχου Καλλίστου ἔτι περιόντων ¹⁾ τῷ βίῳ, καὶ τὴν ὁμοίαν καὶ αὐτοὶ τοῖς προλαβοῦσιν ἦταν ὑπέστησαν; καὶ τρίτος αὐθις τόμος ἐκτέθειται, ὑπογραψάντων ἐν τούτῳ ἐμοῦ τε καὶ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου τοῦ υἱοῦ μου; εἰ μὲν οὐκ ἀξιόχρεως ἐκείνους ἠγῆ, καὶ βραδεῖς μὲν νοῆσαι, εἰπεῖν δ' ἀσθενεῖς ταῦθ' ἃ σὺ προφέρεις νυνὶ, οὐδ' οὕτως καλῶς σε διατείνεσθαι φαίμεν ἄν· πλὴν ἀλλὰ συγγνωίημεν ὅπως οὖν. εἰ δὲ πᾶς τις, ὃς τὰ ὑμέτερα οἶδε, πολλῶ τῷ μέσω μείζους ἐκείνους εἶναι κατὰ γε τοῦτο, δηλονότι τὸ ὑπὲρ τούτων ἀντιλέγειν, ἔρει· δῆλον, ὡς τῶν ἰσχυροτέρων καταβληθέντων γελοία πάντως ἢ παρὰ τῶν ἡττόνων περὶ τῶν αὐτῶν εἰς μάχην πρόκλησις δόξει. τί σοι τοίνυν δοκεῖ; ²⁾

Non multo tempore interiecto Nicephorus Gregoras Philosophus consurgit, Acindyni et Barlaami dogmata defendens: quamquam oportebat Philosophum, ut philosophum, veritati obsequi et quiescere. Ea enim philosophiae ratio et natura est, ut qui hanc amplectatur, is et sincerus et intelligens esse debeat: quemadmodum e contrario is impudens et protervus est, qui vitam in improbitate et invidia exigit. Quippe huiusmodi vir, etsi centies ore obstructo coactus sit obmutescere, toties pugnam redintegrat. Iste autem abiecto dilectae veritatis studio, aliis compluribus sociis sibi adiunctis, in veritatem insurgit. Sed *inimici Domini mentiti sunt ipsi*. Tertia itaque a me rursus congregata synodo, eaque Constantinopoli, quo tempore beatus Callistus thronum patriarchalem ornabat, alius denuo Tomus promulgatus, qui primum secundumque vindicaret et confirmaret, Gregoram autem simul cum Acindyno et Barlaamo condemnaret. At ille sententiam hanc in se latam non ferens in Tomum invehitur, ac neque ex sacra Scriptura, neque ex sanctorum Patrum theologorumque doctrina, sed ex suo ipsius ventre depromptas blasphemias eructat. Unde et sanctissimus patriarcha Philotheus librum lucubravit similem igni Sodomitico, linguas blasphemias et irreligiosas in cinerem vertenti.

An tu istud ignoras, primum et principem et omnium vestrum ducem Barlaamum, qui impiae huiusce haereseos acerrimus defensor audiit, refutatum in Concilio, et communi omnium suffragio victum ac profligatum fuisse; Tomo deinde synodico eodemque patriarchali edito, perversas eius opiniones publice damnatas? Nonne et is qui illius dogmata postea excepit, Acindynus, haec eadem quae Barlaamus passus ipse quoque est, patriarcha

1) Leg. περιόντος. 2) Adde his capp. 23. 24. et 25. Libri iv. Historiae Cantacuzenicae.

etiam Caleca simul cum illis refutato? Iam vero nec philosophum Gregoram, nec Ephesi metropolitam, nec Gani, nec Dexium, nec Athanasium plane ignoras; nec te fugit, tertiam eorum causa coactam esse synodum mea et beati illius patriarchae Callisti adhuc superstitis auctoritate, atque hos, iis qui praecesserant exaequatos, parem damnationem subiisse. Unde et tertius Tomus promulgatus est, cui ego et filius meus Ioannes Palaeologus Imperator subscripsimus. Hos tu si non satis idoneos, si ad ea quae nunc obiicis vel excogitanda tardiores, vel dicenda infirmiores fuisse existimas, nec sic quidem te recte contendere dixerim: veniam tamen utcunque dederimus. Quod si quisquis res vestras novit, is illos multo maiores esse fatebitur, eo praesertim quod de his contentio sit; palam est, postquam eversa sunt ea quae firmiora erant, prorsus ridiculos esse eos, qui viribus defecti adversarios provocent, et de iisdem rebus pugnam instauratum eant. Ecquid ergo tibi videtur? etc.

XI. *Ioannes Cyparissiota, Palamitarum Transgressionum Part. I. Lib. IV. cap. III.*

Εἰ δὲ καὶ μακρόθεν ἐπισκέπτεσθαι ταῦτα δέοι, καὶ καθέκαστον ἐπιζητεῖν, τὴν περὶ ταῦτα συγγραφεῖσαν τῷ μεγάλῳ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῇ Νικηφόρῳ διῆτω τις βίβλον· καὶ πάντ' ἀκριβῶς εἴσεται, μηδενὸς ἐν ἐκείνοις ἀποδέοντα ¹⁾ τῶν εἰς ἀλήθειαν καὶ κάλλος εὐῆσκημένων.

Quod si ista longius repetita explorare et singula inquirere oporteat, legat quilibet librum de his rebus a magno veritatis propugnatore Nicephoro conscriptum: quem qui legerit, is omnia penitus pernoscet, cum illic nihil desideretur sive ad veritatem sive ad elegantiam pulchre accommodatum.

XII. *Ἀνώνυμος, περὶ τῆς τοῦ Γρηγοῦρα ψευδογραφίας ὁμοῦ καὶ δυσσεβείας ²⁾.*

Τοσαύτην δὲ κεκτημένος ἀσυνεσίαν περὶ τὴν τῶν θεοφόρων πατέρων διδασκαλίαν, καὶ οὕτω πλημμελῶς ἐκδεχόμενος αὐτὰ ³⁾, ὡς καὶ πρὸς πᾶν τοῦναντίον ἀποβουκολεῖσθαι, πᾶσαν αἴρεσιν ὁ τάλας ἀπεσώρευσε ⁴⁾ τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ τε καὶ ψυχῇ. διὸ καὶ ἀντικείμενος κατέστη τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὑπ' αὐτῆς τῶν αὐτῆς περιβόλων δικαίως ἀπηλάθη καὶ ἀπεκηρύχθη παρῳήσια καὶ τοῖς ἀναθέματι καθυποβληθεῖσιν ἐγγράφως συνετάχθη, εἰ μὴ ἄρα μεταμεληθεῖν καὶ τῶν πονηρῶν δογμάτων ἀποσταῖν, συμφωνήσας ἡμῖν κατὰ τὴν τῆς εὐσεβείας ἀλήθειαν. ὅπερ μὲν ἡμῖν εὐχῆς ἔργον καὶ ἐλπίς. ἀπογινώσκειν γὰρ εἰς τέλος, πρὸ τοῦ πᾶσιν ὀφειλομένου τέλους, οὐδένα δεῖ. προστιθεῖς δ' ὅμως οὕτως ὁσημέραι ταῖς

1) An ἀποδέοντος? 2) Ex cod. O. 1. Bibliothecae Mediolan. Ambrosianae, quem Friderico Rostgaardio communicavit L. Anton. Muratorius. 3) An αὐτήν? 4) ἐπεσώρευσε.

δυσσεβείαις, ἀπροσδόκητον αὐτοῦ σχεδὸν ἀπεργάζεται τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπάνοδον.

Cum autem is sanctorum Patrum doctrinam tam male intelligat, tam perperam accipiat, ut ad quemlibet contrarium errorem seductus divertatur, omnem haeresin infelix capiti et animae suae accumulavit. Quamobrem ecclesiae Christi adversarius extitit, et extra septa eius ab ea iuste eiectus, publico praeconio damnatus et scripto anathemate cum alienis a communione annumeratus est, nisi eum poeniteret, nisi veram nobiscum religionis doctrinam professus a pravis dogmatis absisteret: id quod nos et volumus et speramus. Neminem quippe, ante destinatum omnibus finem, desperare oportet. Caeterum ille, quando novis quotidie accessionibus cumulat impietatem, futurae ad meliorem frugem conversionis nullam fere spem facit ¹⁾.

XIII. *Ioannes Cyparissiota, Palamistarum Transgressionum Part. I. Lib. IV. cap. ult.*

Πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸ θαυμαστὸν ἐκεῖνο σῶμα τοῦ μεγάλου τῆς ἀληθείας κήρυκος παιζόμενόν τε καὶ περιφερόμενον· καὶ τοῦτο μὲν ἐν φιλοσόφοις ὄντος, οἷος οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς θαυμασιώτερος· τοῦτο δ' ἐν ἀσκηταῖς, οἷος οὐδεὶς ἕτερος σπουδαιότερος· τοῦτο δ' ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν πειρατῶν προσηλακισμοῖς καὶ λοιδορίαις καὶ καθείρξεσιν, οἷος οὐδεὶς ἄλλος ἐν ἅπασι καρτερικώτερος· Νικηφόρου φημὶ τοῦ θαυμαστοῦ Γρηγοῦ, καὶ μηδὲν ἕτερον ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κλήσεων περὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ δηλώσαντος, ἀλλ' ἢ νίκας ἐν ἐρηγοροῦσι τῷ νῶ κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν ἄρασθαι.

Ad haec spectandum corpus magni Fidei verae praeconis diu ludibrio habitum, etc. Vide supra in Vita.

XIV. *Symeon Thessalonicensis adversus Haereses cap. XXX. sq.*

Contra Barlaamum, Acindynum et iis similes.

Τοῖς ἱεροῖς δὲ τόμοις ἐντυχῶν ὁ βουλούμενος, οὓς ἢ τοῦ Χριστοῦ ὀρθόδοξος ἀνεστήλωσεν ἐκκλησία, εἴσεται ἀκριβῶς πάντα· πρότερον μὲν τῷ ἐκτεθέντι κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς ἐκείνου Βαρλαάμ τοῦ Καλαβροῦ· δεύτερον δὲ τῷ τοῦ κινδυνεύσαντος ἐν ὁμοίῳ τῷ Βαρλαάμ πολυκινδύνου Ἀκινδύνου· τρίτῳ δέ γε κατὰ τοῦ τρίτον καὶ πολλάκις (ἐπεὶ καὶ πολλάκις παρ' αὐτοῦ τε καὶ διαφόρων ἄλλων αἰρετιζόντων ὁμοίως ἔσχε τὰς ταραχὰς ἢ ἐκκλησία Χριστοῦ) φημὶ δὲ τοῦ λίαν νενεκρωμένου τὴν ψυχὴν, καὶ κάρῳ δυσσεβείας καὶ ὑπνω βαρεῖ κατεχομένου Γρηγοῦ, συντεθέντι· καὶ γινώσεται οἷον τὸ τῆς αἰρέσεως ταύτης ποικίλον τε καὶ δολερὸν, καὶ ἅμα τὸ ἄθεον

1) Huc pertinet narratio disputationis in palatio habitae coram Imperatore Ioanne Palaeologo, quae extat in cod. Reg. 2609.

καὶ ἐπιβλαβῆς, καὶ τίς ὁ ταύτης προστάτης, καὶ τίνες οἱ ἐξ ἐκείνου φυέντες, οὐκ ἄκαρποι μόνον καὶ καταργοῦντες τὴν γῆν τῆς εὐσεβείας βλαστοὶ, ἀλλὰ καὶ ἀκανθώδεις καὶ λίαν τραχεῖς, παραλυποῦντες καὶ διασπῶντες τὰ τῆς ἐκκλησίας γεννήματα.

Ἐν αἷς δὴ περ ἀσεβείαις καὶ ἀτοπίας καὶ διάδοχόν ἑαυτοῦ τὸν δύστηνον ἐκείνον ἔσχευ Ἀκύνδυνον· καὶ ἔτι Δεξιόν τινα, τὸν τῆς ἀριστερᾶς μερίδος· καὶ Ἀργυρόν, τὸν ἰοῦ μεστὸν, τὸν καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον τῆς Ἑλλήνων φλυαρίας πλουτήσαντα· καὶ πρὸ αὐτῶν Γρηγορᾶν ἐκείνον τὸν ἀποστάτην. οἱ καὶ τὴν χάριν καθάπαξ ἠθέτηκασι τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν φυσικὴν αὐτοῦ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν ἐξηρηνήσαντο, μηδεμίαν δύναμιν προσεῖναι λέγοντες τῷ Θεῷ, μηδὲ δωρεάν τε καὶ χάριν ἐξ αὐτοῦ προιοῦσαν.

Sacros Tomos, ab orthodoxa Christi ecclesia publice expositos, qui voluerit legat, et omnia explore cognoscet: primo quidem eum Tomum, qui in impium illum Barlaamum Calabrum editus est: tum illum, qui adversus temerarium ¹⁾ Acindynum, eadem quae Barlaamus tentare ausum ¹⁾; denique eum qui tertius prodiit, compositus videlicet in eum qui ter et saepius ²⁾ (siquidem ab eo saepe et a variis praeterea haereticis ecclesia Christi similiter perturbata est), Gregoram dico, morte animae penitus mortuum, eundemque impietatis veterno et gravi sopore oppressum. Cognoscet is quam varia et quam subdola sit haec haeresis, quam Dei inimica et noxia; quis ipsius propugnator primus fuerit; quinam denique inde exorti non modo infructuosi et verae religionis solum infestantes surculi, verum etiam spinosi et multum asperi, eos quos genuit ecclesia foetus molestia afficiant et dilacerent.

Horum [Barlaamus] impiorum dogmatum et errorum heredem habuit infelicem illum Acindynum; item Dexium, sinistrarum partium hominem ³⁾; nec non Argyrum, aeruginis ³⁾ plenum et Graecanicae vanitatis falsa moneta ³⁾ instructissimum; et ante hos apostatam illum Gregoram. Ii gratiam Dei omnino contempserunt, naturalem eius virtutem et operationem repudiaverunt, nullam Deo adiunctam virtutem, nullum ex eo donum, nullam gratiam procedere dixerunt.

Habes, Vir illustrissime, selecta e multis Nicephori Gregorae elogia; honorifica pariter et iniuriosa: quae longo intervallo distantia et plane disparata ideo coniunximus et oculis tuis alterna subiecimus, quo facilius perspiceres quam iniqua essent iudicia hominum, quam caeca et affectui obnoxia. Illud tamen hac in parte diligenter velim attendas, a quibus Gregoras reprehensus et contumeliis vexatus sit, eos illi infensos fuisse ob eam prorsus causam, quia saniores doctrinam et verae fidei dogmata propu-

1) Graecas allusiones reddere non licuit. 2) Supple, eadem tentavit.
3) Allusiones ad nomina.

gnaret; a quibus vero laudatus, eorum plerosque non studio partium ductos, sed vel opinione sua deceptos, vel amori (ut fit) indulgentes, plus nimio blanditos esse ei, quem laudibus ornarent. Ne autem, suffragiis computatis, dubites utri, seu benignae seu duriori, sententiae accedas, eo quod utrobique pares numero calculi iudicium ambiguum faciant, adnumerentur isthaec quoque supra allatis testimonia amica et mere ἐγκωμιστικά.

XV. *Cantacuzenus Hist. Lib. I. Cap. XI.*

Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ Μετοχίτης ὁ μέγας, ὃς μεσιτεύων μὲν τότε τῇ διοικήσει τῶν βασιλικῶν πραγμάτων ἦν, ἄλλως δὲ ἀγγίλους, καὶ οὐ μόνον τῆς καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἕξω σοφίας εἰς ἄκρον ἑλλητικῶς. τὴν γὰρ ἀστρονομίαν, ἀπὸ τινος Βρυεννίου φαύλας τινὰς καὶ οὐκ ἀκριβεῖς πάνυ παραλαβὼν ἀρχὰς, αὐτὸς ἰδίους πόνοις ἐξηκριβώσατο, ὡς καὶ μετὰ ταῦτα πολλοὺς ἐν ἐπιστήμῃ τοῦ μαθήματος σὺν ἀκριβείᾳ γενέσθαι παρ' αὐτοῦ διδαχθέντας. ὃ καὶ θαυμάζοντος βασιλέως, καὶ πρὸς τινὰ τῶν ἐκείνῳ φοιτησάντων ἐρομένου, ὁ Γρηγοῶς οὗτος ἦν, πῶς ὁ Μετοχίτης, ἐκ φαύλων τῶν ἀρχῶν ὠρμημένος, οὕτως ἠδυνήθη πρὸς τελείαν ἐξεύρεσιν τοῦ μαθήματος ἐλθεῖν· οὐ θαυμαστὸν, φάναι, βασιλεῦ, τὸν ἐρωτηθέντα, ἐκ λαμπάδος μικρᾶς πυρσὸν ἀναφθῆναι μέγαν· ἐπαινέσαι τε τοῦτον τῆς ἀγγιλοίας τὸν βασιλέα, καὶ τὸ οἰκτεῖον τῆς εἰκόνοσ θαυμάσαι.

Id ipsum et magnus Logotheta Metochites praestitit, qui tum domum Imperatoriam sive aulam regebat, vir alioqui solers, et non Christianis modo, sed externis etiam litteris politissimus. Etenim cum astronomiae principia a quodam Bryennio minuta et imperfecta accepisset, ipse in eo studio accuratissima diligentia sua tantos progressus fecit, ut deinde quoque permulti in eadem scientia ipso praeceptore progressus eximios adepti sint. Quod cum Imperator admirans Gregoram eius auditorem percunctaretur, qui tandem Metochites, a tam tenuibus profectus initiis, ad plenam huius disciplinae cognitionem aspirare potuisset, audivit ab eo, *nihil esse mirum ex parva lampade luculentam facem accendi*. Laudavit respondentis acumen Imperator, et imagine obvia ac familiari naturam rei ante oculos ponente delectatus est.

XVI. *Isaac Argyrus, Cap. XVI. Computi a Petavio editi 1).*

Ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς, καὶ πρὸ ἡμῶν ὁ σοφώτατος Γρηγοῶς ἀπέδειξε, τὸν περὶ τούτων λόγον ἐκθέμενος, μηδεμιᾶς σοφίας ἀπολειπόμενον, καὶ αὐτὸ τὸ κανόνιον μεταποιήσας καὶ ἀποκαταστήσας εἰς τὴν κατὰ τοὺς νῦν χρόνους ὀφειλομένην αὐτῷ διόρθωσιν· ὃς καὶ τοῖς πᾶσιν ἐμφανῆς καταστάς ἄχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἐνώπιον καὶ τῆς περὶ αὐτὸν συγκλήτου, ἔτι δὲ καὶ τῶν τῆς

1) Uranolog. pag. 382.

ἐκκλησίας λογάδων, ἐπηνέθη τε παρὰ πάντων, καὶ πάντες, εἰ δυνατὸν, εἰς τὸ ἐξῆς τελειῶσθαι τὸ πάσχα κατὰ τὴν τοῦ νέου κανόνος διόρθωσιν εὐλόγον εἶναι κεκρίκασι, τὴν τῶν λόγων δυσωπηθέντες ἀλήθειαν.

Et quidem ante nos doctissimus Gregoras de hoc scripsit, edito libro, in quo nullam eruditionem desideres, et transformato canone, et in eum qui huic saeculo competit statum restituto: qui et in populo, et in conspectu Imperatoris et ipsius Senatus, et lectissimorum ecclesiae virorum, ab omnibus laudatus est; et universi Pascha, si fieri posset, ex emendatione canonis celebrandum esse decreverunt, ipsa veritate verborum confutati.

XVII. Τοῦ πρωτονοταρίου τοῦ Λαμπηνοῦ, εἰς Νικηφόρον τὸν Γρηγορᾶν ¹⁾.

Ὅν ἐπὶ τ' ἀριστεῖ Χριστοῦ καὶ γενναίῳ διέθηκα μάρτυρι λόγον, ἤτηκόσι σοφῶς ἐν ὑπερορίᾳ κἀντανθοῖ, πέπομφα, ὅπη κρινοῦσιν οὐ πεφροντικῶς, τῷ θ' ὑπερορίους εἶναι τοὺς κρινοῦντας, καὶ ἄλλως ἤκιστ' ἐπιτετραφῶς σφισὶ τὴν κρίσιν. ἐπιψηφίζέσθων ἢ βούλοινθ' ἕκαστος· καὶ οἱ ²⁾ ὅροις ἐπιστήμης ἐπόμενοι, οἷς κρινοῦσιν ἀγαπήσομεν· εἰ δὲ καὶ ἀνεπιστημοσύνην ἔνιοι καταψηφιοῦνται τοῦ λόγου, ἤκιστ' ἀνιασόμεθα. σοὶ δὲ πέμψαι τὸν λόγον, τέως μὲν ὄκνου. ἤδειν γὰρ τ' ἀρίστῳ τῶν Ἑλλήνων ἀκριβωσομένῳ περὶ αὐτοῦ πέμπων, καὶ μεθ' ὅσης ἐκάστην αὐτοῦ μοῖραν ἐπιστήμης ἐπισκεψομένῳ, οὐχ ὅπως ὅσα γε εἰς νοῦν ἔρχεται καὶ τὴν ὄλην διασκευὴν, ἀλλ' ὅσα καὶ ὄνομα ἀποξέει τε καὶ ἀποτορνυέει, καὶ λεαίνει συνθήκην, καὶ ἀπόθεσιν ἀναπαύει, καὶ διὰ τῆς, τρόπον ψυχῆς, τὸν λόγον εὖ ἰδυνούσης ἀρμονίας εὖ ἤρμονται. καὶ τέκτοντες ³⁾ γὰρ, καὶ τῶν γενικωτέρων ἐπιτηδευμάτων οἱ προϊστάμενοι, τοῖς ἐφ' ἕκαστοις αὐτῶν μέγα δυναμένοις σὺν ὄκνῳ φιλοῦσιν ἄττ' ἐφθῆσαν κατασκευασάμενοι ἐπιδείκνυσθαι. καὶ σοὶ τῷ πᾶν εἶδος σοφίας ἐξησκηκότι, καὶ διαιρεῖν εὖ οἶδ' ⁴⁾ ὅτι λόγους καὶ κρίνειν, εἴπερ τις τῶν ἐπὶ σοφίᾳ τεθρολλημένων, σὺν ὄκνῳ εἴ τις αὐτοῦ λόγους κρίνοιτο πέμψει. ταῦτ' ἄρα καὶ γὰρ σὺν ἀγωνίᾳ πέμπων ⁵⁾ τὸν λόγον, δεδιῶς μὴ παρὰ σοὶ κριτῆ οὐ κατ' ἐπιστήμην, οὐδ' ἐπ' εὐφημίᾳ τοῦ μάρτυρος, ἀλλ' ἐφ' ὕβρει παρὰ τὴν αὐτοῦ φανυλότητα ἐξενήνεκται. εἰ δὲ σοὶ μέλον δέους ἡμᾶς ἀπηλλάχθαι, τὴν παρὰ σαυτοῦ ψῆφον μὴ ἀποκνήσης θέσθαι τῷ λόγῳ. εἶναι γὰρ ὃ σὺ ψηφίῃ, ὅρων ἐπιστήμης εἶσω. εἰ δ' ἐλλέλειπται τι τῷ λόγῳ, εἰ προσθήσεις, οὐκ ἀνιάσεις· εἰ δ' ἡμᾶς προσθεῖναι δηλώσεις, καὶ οὕτως εὐφρανεῖς.

XVIII. Τοῦ Ζαρίδου, εἰς τὸν αὐτόν.

Τί με κινεῖς ὅστις εἴλυπούμενον καὶ οὐκ ἔαξ θρήνοις καὶ οἰμωγαῖς τὴν συμφορὰν ἀφοσιούσθαι, τραγικαῖς σκηναῖς φιλοχω-

1) Hanc epistolam, et decem sequentes, ex codice Vaticano partim sua partim viri doctissimi Belmanni Sueci manu descriptas, communicavit mecum R. P. D. Bernardus de Montfaucon. 2) Legendum εἶ. 3) τέκτοντες. 4) εἰδοῖτι. 5) πέμπω.

ρουῖντα, ἵν' ἐκεῖθεν ἐραυνοίμην τὰ τὸ πάθος ἐπιβδωννύντα καὶ ἀκήλητον φρουρουῖντα τὸν αἰὲ χρόνον; ἕς τοσόνδε γὰρ ἀτοπίας προήκομεν, ὥσθ' ἂ μάλιστα ὀδυνῶσιν ἡμᾶς, ταῦτα φιλοκρινεῖν καὶ ρινηλατεῖν, ἵνα τῷ παρόντι δαίμονι ἀξίως ὑπηρετοῖμεν, καὶ μὴ κατειρωνευοίμεθα, οἷς σύνεσμεν δεινοῖς. ἀλλ' εἴτε φειδοίη ¹⁾ ἡμῶν, ἵν' ἐκεῖθεν ἀποσπάσωμεν ²⁾, καὶ μὴ λάθωμεν ἐκτακέντες εἰς δάκρυα, εἴτε καὶ τὰ σαυτοῦ εὖ τιθέμενος ἐκ τοῦ περιόντος, ὅπως τὴν δίαίταν ποιοῖτο ³⁾ τοῦτόν σοι ἀγνοεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ εἰς σαφεστάτην τεῖνον γινῶσιν, αὐτὸν καθ' αὐτοῦ ἔχειν μηνυτήν. ἀλλ' εἴθ' οὕτως, εἴτ' ἐκείως, εἴτε καὶ ἀμφοτέρωθεν ἔλλοχῶν ἡμᾶς ἡμέτερα γράμματα προκαλῆ, εὖ ἴσθι, ἐξεῖλες ἡμᾶς κατὰ κράτος, καὶ τὰ ὄπλα σοι συγχωροῦμεν, τῆς τοῦ λανθάνειν αἰρέσεως ὥσπερ ἀκροπόλεως ἐκφοιτῶντες. αἱ γὰρ τῶν ⁴⁾ συγγραμμάτων Σειροῆνες τὰς φρένας μετώκισαν, καὶ ὅτι βούλοιντο χρῶνται ἡμῖν, καὶ ὅποι τράποιντο οὐκ ἀπολειπόμεθα. πλὴν παρ' ὅσον τοῦτο, τὴν μήρινθον ἐκείνην μὴ οἴου σπεῦσαι ⁵⁾ ἡμᾶς· φῆς γὰρ (ὡς ταύτη αἰρήσων) ὡς ἐφ' ἑκάτερα ταλαντεύη, καὶ παραλλάξ ταῖς γνώμαις φέρη, καὶ τῶν ἀμηχάνων οὐδὲν ἐνδεῖς, οὐδ' ὀποτέρως δυνάμενος ἔχειν τῆς περὶ ἡμῶν δόξης, νῦν μὲν κινδυνεύων τοῖς ἔλλογίμοις ἡμᾶς ἐγκρίνειν, νῦν δὲ . . . ἀλλ' εὐφημεῖν χρή. ὅς γὰρ ἂν καὶ προσειδῆ χάριτας, εἴ τις αὐτὸν ἐξ ὀφθαλμῶν τε καὶ ἀπὸ μνήμης εἶναι (μικροῦ δέω πάντων φάναι) ἕς τὰκριβὲς ἀγγεῖλειεν, ἢ που ἠδύς ἂν ὄδ' εἴη ὀψὲ τῆς ἡλικίας ἐπιδείξεισι δεδωκῶς, τοῦ μήτινα τῆς ὀρθῆς ψήφου περὶ αὐτοῦ ἀμαρτεῖν. ὦ μούσαις ἀπάσαις κεχαρισμένε, ὅσον ἐπ' ἄλλω φάναι (μὴ ἀλαζονεῖα τις ἢ τὸ τοῦ ἔπους) οὐκ ἐμέλλομεν ἀφνειοί ποτ' εἶναι ἐν λόγοις, οὐδ' ἐπαῖειν, οὐδ' ἐφιστάνειν τούτοις περιεργότερον. νῦν δὲ καὶ παντάπασιν ἀπηγοικίσμεθα, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ συμφορὰ συνεκύρησεν ἡμῖν ἀργαλεωτάτη· ἀπεσκήκαμεν καὶ ἀπειπάμεθα καὶ λόγοις καὶ ἔργοις, εἴπερ ἦν χάριν ἔχον ἡμῖν. καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἐμέλλομεν συμφορᾶ καὶ οὐτωςί βαλέσθαι εἰς νοῦν, οὐχ ⁶⁾ οἶαί τε οὔση προσεπταικότες, εἰ καὶ ἄλλως τίσις ἐστὶ καὶ καθάρσιον τῶν ἡμῖν βεβιωμένων. καὶ μὲν γέ τῳ σοφῇ διαχειρήσει μεμηχάνητον ⁷⁾. μὴ γὰρ οὕτω τὸ πάθος κατασῦραι δυνηθεῖη τοῖς τοιούτοις δόγμασι συνειθισμένους λογισμοὺς ἡμῶν, ὡς μὴ ταῦτα ταύτη διωκίσθαι τῷ κρείττονι οὐρανομήκει φωνῇ διατρανοῦν. ἀλλὰ μέχρι τούτου θάρρει. ὑγαίνομέν σοι, καὶ οἱ αὐτοὶ ἐσμέν, νῦν τε καὶ ὅτε εὐθηνοῖτο τὰ καθ' ἡμᾶς. τὰ δ' ἄλλα πρὸς τὸ ζῆν ἀπονενοημένως ἔχομεν· καὶ μὴ μικρολογοῦ περὶ ἡμῶν, περὶ δόξης κινδυνευοντας ἐπιστρέφεσθαι οἴομενος. ἐχόντων αἱ περὶ ἡμῶν ὑπολήψεις κατὰ τὸ ἐπιὸν ἐκάστῳ, καὶ ὅπως ποτὲ ἔχουσιν ἕκαστος περὶ τοῦ τάλλότρια κακὰ περιεργάζεσθαι φιλονεικίας. ἀλλὰ ταύτη μὲν οὐχ ἤλωμεν ἡμεῖς, ἄλλη δὲ πολλαχῆ· ἢ τάληθέστερον φάναι, οὐκ ἔστιν ὅθεν οὐ, καὶ προσέχειν σοι ἔπεισαν μετὰ πολλοῦ θαύματος καὶ βοῆς· καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν,

1) φειδοῖ. 2) An ἀποσπασθῶμεν? 3) Subest aliquid mendum.

4) An σῶν? 5) An σπάσαι? 6) Haec, et quae sequuntur, mendosa sunt et obscura. 7) An μεμηχάνηται?

καὶ κατὰ μόνας οὔσι, καὶ μεθ' ὧν ἐκάστοτε συμβαίνει, ἡμῖν
 σύνει· καὶ μεμνηόσι θείαν τινὰ μανίαν εἰκόκαμεν, οὐκ ἐπὶ ποσόν τι,
 ἀλλ' ὅσον οἶόν τε πορρόωτάτω. καὶ γὰρ χορηγεῖ τῷ πάθει τῆς¹⁾ ἐπι-
 στολῆς συνεχῆς ἀνάληψις, καὶ ἡ τῶν ἐν αὐτῇ δις καὶ τρις ἐπανά-
 ληψις γινομένη. καὶ ταῦτά²⁾ ἀπὸ τῶν αὐτῶν πρόεισι, λήθη καὶ
 ἄγνοια τῶν παρόντων, καὶ σοῦ τοῦ ἀπόντος φαντασία, ἐκκρούου-
 σα τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν· καὶ οὐδὲν ἢ μικρὸν διεννηνόχα-
 μεν τῶν ἐνθουσιῶντων, πρὸς σκιαῖ τινι ἀνασπῶντες λόγους· καὶ
 συγκαίρομεν τοῖς λόγοις, οἶον ἐπλούτησαν σπουδαστήν, οἶον ἔχον-
 τες οὔτοι ἄγαλμα ἡμᾶς ἐλάνθανον. καὶ μὴ ἄλλως οἶου με ταῦτα
 διαφωδεῖν· οὐ μὰ τοὺς λόγους αὐτοὺς, καὶ τὸ κατακλιῶν καὶ κατα-
 σπῶν ἡμᾶς βάθος, ὃ νῦν εἶξε τοῖς σοῖς γράμμασιν, οὐ πρὸς χάριν
 ὁ λόγος, οὐδ' ἐπιτηδῆς οὐδὲν, ἀλλὰ ψυχῆς οὐδὲν εἰδυίας τεχνικόν,
 οὐδ' ἀγεννῶς ὑπέρχεσθαι συγκαίρουσῃς ἀνδρὶ τῆς ἐπὶ λόγοις ὄσης
 οἷας εὐδοκιμήσεως, καὶ τοῦ γνώμης εἶναι τοῦτον, τῷ μετρίῳ καὶ
 εὐπροσίτῳ, καὶ αὐθις τῷ σεμνῷ καὶ σωφρόνῳ διαίρομένῳ, κεκρα-
 μένης. ἀλλ' εἶσι³⁾ τὸ πάθος, ὃ τὴν πρώτην ἀναγινώσκοντά με τὰ
 σὰ γράμματα εἰσήλατο, καὶ ἐς δεῦρο παρακατέχει, ἀεὶ διεξιόμι, ταῖς
 ὑπερβολαῖς δυσάρεστος δόξεις⁴⁾. ἀλλ' οὐδὲν μᾶλλον ὁ λόγος τὴν
 ἀλήθειαν αἰσχυρῆσεται. ἐναργέστατα γὰρ φέρω κατὰ τοῦ προσώ-
 που σημεῖα πολλοῦ θαύματος, τὴν ἐπιστολὴν ἢ μνήμη ἀναλαμβά-
 νων, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπαφίεις ταύτῃ. καὶ συνίημι ἠδόμενός τε
 καὶ ὀνινάμενος, ὥσπερ ἐπὶ τρυτάνης, ταῖς ἴσαις ῥοπαῖς. καὶ σὺ μὲν
 τὴν τοῦ Σωκράτους προῖστασαι ἀπὸ τοῦ δογματικωτέρου ἀπόδρασιν,
 ὅταν δέη περὶ ἡμῶν σε ψῆφον ἀπενεγκεῖν, τίνες τε καὶ οἶοι· ἡμεῖς
 δὲ τὴν αὐτοῦ τούτου ἔστιν οὐ περὶ ὧν ἀνήκεστον τόλμαν, ὡς ἂν
 ὑμεῖς φαίητε, περὶ τὸ διαίρειν τε καὶ ἀφορίζειν, ὅταν καθώμεθα
 κριταὶ τῶν σῶν. οἶσθα δὲ πάντως τὸν εἶτε Σωκράτην βούλει, εἶτε
 καὶ Πλάτωνα, ὡς ἐς τοσοῦτον ἦκει, πόρρω τοῦ διχιδῆς εἶναι, περὶ
 ὅτων δὴ θεμιστεύων, ὡς καὶ ἐπιστήμην εἶναι τοῦτο μαρτύρεσθαι,
 καὶ πολὺς ἐστὶ καὶ ἀπαραίτητος τοὺς τὴν ἐναντίαν ἰόντας ἀποξέω
 τῶν ἀτόπων προλήψεων καὶ μὴ σὺ γε ὅσα περὶ τοῦ λαβεῖν θάρσος
 ἀποφαίνεσθαι ὅποτε ῥαοῦν⁵⁾ περὶ ἡμῶν στασιώτης, ἢ τὸ σὸν δὴ
 αἰρεσιώτης ἡμῖν γένοιο· ὡς ἡμεῖς ἀγαπήσομεν οἱ ταττοίμεθα παρὰ
 σοῦ, ἐν τῷ καλλίστῳ τοῦ τῶν σοφῶν χοροῦ ἀνάγραπτόν σε θέντες·
 καὶ τὴν ἐνστάσιν ταύτην ἀκίνητον τηρήσομεν· καὶ οὐδ' ἦν τὰ δει-
 νότατα ἀκούωμεν (ὅπερ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ γένοιτ' ἂν) αἰ περὶ σοῦ
 ψῆφοι ἐπὶ θάτερα χωρήσουσιν· οὐκ οὔν⁶⁾ ἕως ἂν τὰ σὰ μέλη λι-
 γυρὸν οὔτω καὶ μουσικὸν ὑπηχῶσιν. ὡς ἔγωγε ταῦτ' ἰδοῦ μοι πε-
 πονθέναι, οἶον εἰ χρόνιος ἐν σκότῳ που καθειρηγμένος διάδυσίν
 τινὰ καὶ ἀνάλυσιν ἐς αὐγὰς ἡλίου εὗρον. ὦμην γὰρ ἐφ' ἡμῶν
 ἐκλελοιπέναι τοὺς λόγους, ἢ τὸ παράπαν, ἢ τῷ πλείστῳ μέρει, ὡς
 καὶ μεταμέλειν τοῖς φιλοτεχνήσασιν περὶ τούτους τῶν μακρῶν πό-
 νων, οἱ τούτοις καταβέβληνται, ἵνα τὴν ἀρχαίαν καὶ πάτριον ἡχῶ
 ἀπολαύοιεν, ὀρῶσιν ὡς συνοικήσεται τούτοις ἢ τοσαύτη φιλοσο-

1) Fort. ἢ τῆς. 2) An ταῦτα? 3) An εἰ σοι? 4) An δόξει
 dempto puncto? 5) An ὅποτε ῥαοῦν? 6) An οὐκ οὔν?

φία, καὶ οὐ τοῖς μετὰ τὴν αὐτῶν ἡλικίαν ὡς κληῖρος παισὶ καταβήσεται. ταῦτ' ἀναπεμπάζουσι ἤκειν ἐπιστολῇ ἐγγνωμένη, ὡς σύγχε πάντα τὸν κληῖρον εἰσωκίσει τῇ σῆ ψυχῇ· καὶ ὡς πάντα νωμᾶς τὰ τ' οὐράνια καὶ χθονοστιβῆ· καὶ σύνει ρήτορσι καὶ συγγραφεῦσι, καὶ ὅσον ἐν ποιηταῖς· καὶ ὁμοσε τοῖς φυσικοῖς καὶ ἠθικοῖς κειώρηκας· καὶ τὴν τῶν μαθημάτων τετρακτὺν ὡς οὐδεὶς ἐν¹⁾ τούτων ἠκριβώσω.

 ὡς οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν κόσμῳ πραγμάτων βέβαιόν τε καὶ
 5 ἀσφαλές, ἀλλὰ παίγιον θεοῦ τὰ ἀνθρώπινα κατὰ Πλάτωνα B
 καὶ ἀδήλως πάντ' ἄνω καὶ κάτω περιχωρεῖ καὶ ἐναλλάξ ἀτέκμαρ-
 τον πορεύεται δρόμον. ταῦτ' ἄρα καὶ οἱ πολέμοι πρότερον ἀπὸ
 μόνης τῆς φήμης τὰ τῶν Ῥωμαίων δεδιότες στρατεύματα καὶ
 τοῖς τεθνηκόσι μᾶλλον ἢ τοῖς ζῶσι συγκαταλέγοντες ἑαυτοὺς νῦν C
 10 τὴν οὐκ ἐν τάξει τούτων θεασάμενοι κίνησιν, θαρσαλεώτεροι
 σφόδρα γίνονται πρὸς τὴν μάχην· καὶ συναγαγόντες ἅπαντα χρή-
 ματα καὶ γυναῖκας, καὶ ὅσα μὴ πρὸς τὸν προκείμενον ἦσαν χρή-
 σιμα πόλεμον, ἐντὸς ἡσφάλισαντο τῶν τε χαρακωμάτων καὶ τάφρων,
 ἃ φθάσαντες καλῶς προπαρασκευάσαντο πρὸς οἰκείαν ἀσφάλειαν.
 15 αὐτοὶ δὲ τοὺς ἐπιλέκτους ἰππέας ἀναλαβόμενοι καὶ ὀπλισθέντες D
 λαμπρῶς οὐ πλείους τῶν ἑπτακοσίων τυγχάνοντες ἐξαίφνης πρὸς
 τὴν τοῦ βασιλέως διεκθέουσι σημαίαν οὔτ' ἐν ἀσφαλεῖ τοῦ τόπου
 σταθεῖσαν, οὔτε τῆς προσηκούσης δυνάμεώς τε καὶ εὐταξίας ἠξιω-
 μένην. (ς'.) Πρὸς δὴ τὸν οὕτως αἰφνίδιον δρόμον τῶν πολεμίων
 20 θορυβηθέντες πρῶτον ὁ συρφετώδης ἐκεῖνος καὶ ἀγρότης ὄχλος
 πρὸς ἀσχετον ἔβλεψαν παρευθὺς τὴν φυγὴν· ἔπειτα κατ' ὀλίγους
 ἕτεροι διεκλύοντο· καὶ τέλος τραπόμενοι πάντες δίχα πολεμικοῦ E
 κρότου ἔφευγον ἀμεταστρεπί. βουλόμενος δ' ὁ βασιλεὺς πρὸς V. 130
 τὰς ἀθροῖζεν τὸ στράτευμα εὔρισκε τῶν πάντων οὐδένα τὸν
 25 ἀκροώμενον· καὶ ἀπαγορεύσας ἦει τὴν αὐτὴν καὶ αὐτὸς λύπης

inferiores essent adversariis, eo Romani contemptius neglectaque militari disciplina contra illos procedebant, propterea quod numero et armis hostem longe superabant: illud videlicet non reputantes, nihil in mundo esse firmum et tutum, sed res humanas, ut ait Plato, ludibrium esse Dei, sursumque ac deorsum temere ferri omnia, incertoque cursu huc et illuc vagari. Hostes itaque, qui antea Romanas copias vel e sola fama timebant, et ipsi sese inter mortuos potius quam inter vivos numerabant, cum eos nullo ordine progredi cernerent, multo alacriores ad pugnam facti omnes opes, mulieres, caeteraque ad instans praelium inutilia colligunt, et intra munitiones ac fossas, quas ad salutem suam defendendam diligenter praeparaverant, includunt: ipsi vero cum delectis equitibus probe armati non plures septingentis ad Imperatorium vexillum excurrunt, nec in tuto loco positum, nec iustis viribus et ea qua oportebat disciplina custoditum. (VI.) Ad hanc tam subitam excursionem hostium turbata primum colluvies illa et agrestium hominum turba effuse fugere coepit. Deinde alii atque alii paulatim se subducere: denique omnes absque bellico strepitu conversi trepide fugere coeperunt. Cum autem Imperator in aciem revocare milites cuperet, neminem invenit qui audire vellet. Itaque rebus desperatis eadem via et ipse

- A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.
- καὶ δακρύων μεστὸς, ἔκτισιν εἶναι ταῦτα σαφῆ διαλογιζόμενος
ἐκ Θεοῦ παλαιῶν τε καὶ νέων ἀμαρτημάτων. οἱ δὲ πλείους τῶν
στρατηγῶν ἀσχυρθέντες τὴν οὐκ ἐν τάξει φυγὴν ἐκαρτέρουσαν μέχρι
τινὸς ἀντεχόμενοι καὶ περισπῶντες εἰς τὸν ἑαυτῶν πόλεμον τοῦς
F βαρβάρους καὶ οἷον ἀναστέλλοντες αὐτοὺς, μὴ διώκειν τοὺς φεύ- 5
γοντας τῶν Ῥωμαίων, μηδ' αὐτὸν δὴ τὸν βασιλέα. τέλος δὲ
κυκλωθέντες ὑπὸ τῶν πολεμίων πάντων ἀθροισθέντων ὁμοῦ παρέ-
δοσαν ἑαυτούς. οἱ δὲ πολέμοι τούτους τε ἐν δεσμοῖς ἠσφαλί-
σαντο καὶ τὰ βασιλικὰ διενείμαντο χρήματα, καὶ ὅσα τῶν βασι-
λικῶν παρασῆμων ἐν τῇ τοῦ βασιλέως ἦσαν σκηρῇ· μεθ' ὧν ἦν 10
καὶ ἡ βασιλικὴ καλύπτρα, κεκοσμημένη συνήθως τῷ τε λίθῳ καὶ ταῖς
P. 159 τῶν μαργάρων σειραῖς· ἦν δὲ καὶ τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ τὸν Χαλκίλ
ἐπιθέντα φασὶ σκωπτικούς τε καὶ εἰρωνας λόγους ἀφιέναι κατὰ
τοῦ βασιλέως.
- A. C. 1310
- 9'. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ὁ πατριάρχης Ἀθανάσιος 15
B τὸν πατριαρχικὸν παραιτησάμενος θρόνον ἠσύχασεν ἐν τοῖς περὶ
τὸν Ξηρόλοφον κελλίοις αὐτοῦ. τὸ δ' αἴτιον, ὅτι τινὲς τῶν πολὺ
κατ' αὐτοῦ βάρους τρεφόντων οὐκ ἀνεχόμενοι βλέπειν αὐτὸν ἐπὶ
τοσοῦτον χρόνον τῆς πατριαρχικῆς περιωπῆς ἀπολαύοντα (ὄγδοον
γὰρ ἔτος ἠνύετο τούτῳ τηρικαῦτα, ἀφ' οὗ τὸ δεύτερον ἐς τὸν 20
πατριαρχικὸν ἀνεβιβάσθη θρόνον) ἐπιβουλήν ἐξαρτύουσι κατ'
C αὐτοῦ μάλα φρικώδη καὶ ἀσεβείας μεστήν. ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔτι
καὶ τὴν πατριαρχικὴν ἐξουσίαν ἔχων ἐν τοῖς περὶ τὸν Ξηρόλοφον
αὐτοῦ κελλίοις ὡς τὰ πολλὰ διέτριβε, κλέπτουσιν ἐκ τοῦ πατριαρχ-

3. ἐκαρτέρησαν A.

abiit, moestus et lacrymis oppletus, poenam hanc evidentem veterum recentiumque delictorum divinitus sibi infligi cogitans. At plerique duces, quos fugere inordinatos pudebat, ad tempus resistebant, et barbarorum arma in se convertebant, ac veluti reprimebant, ne Romanos fugientes aut Imperatorem ipsum persequerentur. Tandem ab hostibus omnibus simul iunctis circumventi, deditione facta, in vincula coniecti et in custodiam dati fuerunt. Pecuniam vero Imperatoriam Turci inter se partiti sunt: item quicquid insignium Imperii in tentorio Imperatoris extitit: in quibus et tegmen capitis fuit Imperatoris, gemmis de more et margaritarum nexibus ornatum; quod capiti suo Chalel imposuisse traditur, ac Imperatorem ridiculis et iocularibus verbis perstrinxisse.

9. Sub hoc tempus etiam patriarcha Athanasius, abdicata dignitate, in cellis suis ad Xerolophum solitariam vitam amplexus est. In causa hoc erat. Quidam illi infensissimi, cum eum tamdiu patriarchica specula potiri cernere non possent (octavus enim annus exibat, ex quo is denuo in patriarchalem sedem restitutus fuerat), insidias illi atrocissimas et impietatis plenas apparant. Nam cum ille potestatem patriarchalem adhuc retinens in Xerolophi cellis plerumque versaretur, e patriarchico solio scabel-

- χικοῦ θρόνον τὸ ὑποπόδιον αὐτοῦ· ἕφ' ὃ τὴν θεῖαν εἰκόνα στη- A. C.
 λογραφοῦσι τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ καὶ ἐφ' ἑκάτερα ταύτης τὸν 1282
 τε βασιλέα Ἀνδρόνικον χαλινὸν ἐν τῷ στόματι φέροντα καὶ τὸν ad
 πατριάρχην Ἀθανάσιον ἔλκοντα τοῦτον ὡσπερ τις ἡνίοχος ἵππον. 1328
 Imp. Andron.
 Senioris.
 5 ἔπειτα οὕτως ἔχον τὸ ὑποπόδιον ἀπιόντες τιθέασιν ἐνθα καὶ πρό- D
 τερον ἔκειτο, παρὰ τὸν πατριαρχικὸν δηλαδὴ θρόνον. ἔπειτα
 θεατριζοῦσι τὸ δροῦμά τινες θεασάμενοι παρ' ἐλπίδα καὶ ὡς ἀσεβῆ
 τὸν πατριάρχην διαβάλλουσι πρὸς τὸν βασιλέα. ὁ μὲν δὴ βασι-
 λεὺς τοὺς διαβάλλοντας μεταπεμψάμενος καὶ αὐτοὺς ἀναμφιβόλως
 10 εἶναι συλλογισάμενος τοὺς τὸ ἀσεβὲς ἐκείνο καὶ ἄθεσμον δροῦμα
 συσκευασαμένους εἰρκτῆ παραδίδωσι χαλεπωτάτῃ τε καὶ διηνεκεῖ. E
 ὁ δὲ πατριάρχης δυσχεράνας, ὅτι μὴ πολλῶ μείζονι τούτους
 παρέδωκε τιμωρία, τὸν πατριαρχικὸν εὐθὺς παρητήσατο θρόνον.
 (B.) Δύο δὲ μετὰξὺ παρεβόνηκότεων ἐνιαυτῶν εἶτα τὸν πατριαρ-
 15 χικὸν διαδέχεται θρόνον Νίφων, ὁ τῆς Κυζίκου μητροπολίτης, τῷ A. C. 1312
 βασιλικῷ θελήματι τῶν ἀρχιερέων εἰζάντων καὶ μεταστησάντων
 αὐτὸν ἐκ Κυζίκου πρὸς τὴν τῆς πατριαρχείας περιοπήν. ἦν δὲ ὁ F
 ἀνὴρ πάντῃ μὲν ἀδαῆς τῆς ἔξω παιδείας, οὐχ ὡς τὰ πολλὰ δὲ, καὶ
 τῆς θειοτέρας, ὡς μηδ' οἰκεία χειρὶ τὰ τῶν γραμμῶν στοιχεῖα V. 131
 20 γράφειν εἰδώς. ὅσον γὰρ ἄκρω δακτύλῳ ταύτης γενεσάμενος ἤρ-
 κέσθη τῇ φύσει χρώμενος. σύνεσιν γὰρ πλουτῶν καὶ περινοίαν
 φυσικὴν, εἰ καὶ πρὸς γραμμῶν ἀσχολίαν ταύτην ἐκίνει, τοῖς P. 160
 μάλιστα τῶν σοφῶν ἐξητάζετ' ἄν. ἀλλὰ φθάσας τῶν χρημάτων
 ὁ πόθος καὶ τῆς κοσμικῆς περιφανείας καὶ δόξης τὸ ἀπειρόκαλον
 25 ὄλην ἐς ταῦτα τὴν φυσικὴν ἐκείνην ἀπησχόλησε σύνεσιν καὶ περί-

lum furati Christi Servatoris figuram subtus delineant, ac utrinque imagines
 duas appingunt, alteram Imperatoris Andronici, fraenos in ore habentis,
 alteram patriarchae Athanasii, illum trahentis velut eques equum solet.
 Tum idem scabellum ita ornatum ibi reponunt ubi prius fuerat, in solio vi-
 delicet patriarchico. Deinde quidam praeter expectationem id conspicati eam
 fabulam vulgant, et patriarcham apud Imperatorem impietatis reum agunt.
 At Imperator calumniatores accessit, eosque, ut quos impiae nefandaeque il-
 lius fabulae auctores esse minime dubitaret, in gravissimum et perpetuum car-
 cerem compingit. Patriarcha vero indignatus, quod non multo gravior poena
 illis irrogata esset, patriarchicae sedi statim renunciat. (II.) Interim duo-
 bus annis elapsis Nipho Cyzici metropolitanus sedem vacantem occupat,
 pontificibus Imperatoris voluntati obsequutis, ex urbe Cyzico translatus et
 ad patriarchalem apicem evectus. Erat autem ille vir Graecarum litterarum
 non fere sed omnino rudis, immo etiam sacrarum, ut qui sua manu nec elemen-
 ta litterarum sciret pingere. Nam is doctrina vix extremo digito degustata
 ingenio contentus fuit. Quod si illam, quam a natura acceperat, intelligentiam
 et ingenii vim ad litterarum studia contulisset, inter doctissimos numerari
 certe potuisset. Sed divitiarum amore praecoccupatus externique splendoris
 et inanis gloriae desiderio abreptus omnem solertiam et excellentiam

A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.

νοϊαν, καὶ ὄλην ὡσπερ ἄμπωτις ἐξερρόφησε τὴν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν μελέτην αὐτοῦ. καὶ ἦν ἐμπειρότατος διὰ ταῦτα πρὸς πᾶσαν βιωτικῶν πραγμάτων ἐπιστάσιαν, ἕς τε φυτηκομίας δηλαδὴ καὶ ἀμπελιῶνων ἐργασίας εὐκαίρους καὶ οἴκων παντοίων οἰκοδομὰς B καὶ, ἀπλῶς εἰπεῖν, ὅσα τοὺς σιτῶνας καὶ τῶν οἴνων τὰς ἀποθή-5 κας καὶ τὰ βαλάντια ῥήγνυσι, μεῖζω τῶν ὄντων ἀπαιτοῦντα καθ' ἕκαστον τῶν ἐνιαυτῶν. ἔω λέγειν ἐνδυμάτων βλακείαν καὶ ἵππων ἀγερώχων καὶ ὑψανχένων κτήσεις καὶ τραπέζης ὅσα θωπεύει C τὸ σῶμα, καὶ μήτε ὕλης πάχος ἐντίθησι, μήτε τὸ εὐχρον ἀπαγορεύει. ἐδίδου γὰρ καὶ τῇ γυναικωνίτιδι καιρὸν ἀσχολίας οὐ 10 ῥάθυμόν τινα καὶ κατὰ τὸ ἐσπίσης ἐνδεχόμενον, ἀλλ' ἀναγκαῖον καὶ, ὡς εἰπεῖν, ἀπαραίτητον. ὁ δὲ τοιοῦτος τρόπος παρέπεισε τοῦτον καὶ τὴν ἐπιτροπὴν καὶ διοίκησιν ὕστερον τῶν γυναικειῶν πραγμάτων καὶ κτημάτων ὑπελθεῖν, λέγω δὴ τῶν δύο παρθενῶνων, τοῦ τε Περιζέ καλουμένου καὶ Κραταιοῦ, ἵνα ἅμα μὲν 15 D ἐκ τῶν προσόδων ἔστιν ἃ σφετερίζηται προσφάσει τῶν οἰκοδομημάτων, ἅμα δὲ καὶ συχνότεραν ἔχῃ ποιῆσθαι τὴν ἐκεῖσε διατριβὴν μετὰ τινος γαύρου καὶ χλιδῶντος ἡθους. οὗτος ὁπόσους εὐδοκίμῃσει χρωμένους ἑώρα φύσεως ἢ τέχνης ἤστινοσοῦν, ὁπόσαι πρὸς ἀρέσκειαν καὶ κοινῇ τοῖς πᾶσι καὶ ἰδίᾳ τοῖς βασιλεῦσι πεφύκασι, 20

12. ὃ γε μὴν πρὸς εὐποιίας συμφυῆς τρόπος παρέπ. A. et V. Vid. Notas. 14. τῶν θείων παρθ. A. 15. Verba ἵνα—ἡθους om. A., in V. sub schedula latent, cuius dimidia pars discerpta est; in altera parte haec leguntur: . . . πράξεν, ἀλλὰ καὶ πλείστων ἄλλων ἄλλως πενίαν παρε. . . λωτον ἐλευθερίαν ἐχαρίσατο καὶ πιπτούσας μεγαλοπρεπῶς ἀνερ. . . δαπάς. διεβέβλητο μέντοι παρὰ τῶν πλείστων, ὡς ὁπόσους etc. Postrema διεβέβλητο μέντοι etc. habet etiam A. Vid. Notas.

animi naturalem eo convertit, et iis rebus velut fluctuum reciprocorum aestu sua omnia studia tam nocturna quam diurna absorberi passus est. Itaque omnium rerum ad usum vitae pertinentium peritissimus erat administrator; seu plantandae arbores forent, seu vites opportuno tempore colendae, seu omnis generis aedificia extruenda. Denique quicquid granaria, quicquid cellas vinarias implet, quicquid loculos rumpit et capaciores quotannis exigit, solertissime prospiciebat. Omitto luxum in vestibus et ferocium atque altorum equorum armenta mensarumque delicias, quae neque crassos humores gignerent, neque bonum faciei colorem corrumperent. Nam et mulieribus partem occupationum suarum tribuebat, idque non segniter, ac si parum interesset, sed necessario, et quasi haud posset detrectare. Qui mores eum post impulerunt, ut muliebrium rerum et possessionum (duo monasteria virginum intelligo, quorum alterum Pertze, alterum Crataei dicitur) curam administrationemque susciperet; simul ut aliquid de rediibus occasione aedificiorum subtraheret; simul ut saepius ibi cum fastu et mollitie versari posset. Hic quoscunque vel excellenti indole, vel quavis earum artium, quae aut publice omnibus aut privatim Imperatoribus placerent,

φίλος εἶναι σφῶν ὑπεκρίνετο μὲν ἕς γε τὸ φαινόμενον· κρούφα δ' ἤχθετο πᾶσι καὶ βάσκανον ἔτρεφεν ὄφθαλμόν τε καὶ γνώμην κατ' αὐτῶν· καὶ λάθρα προσιών ἀεὶ τοῦ βασιλέως ὑπορούττειν οὐκ ὤκνει τὰς ἀκοὰς, ἄλλοτε ἄλλοις λουδορούμενος παραπλήσιον
 5 ποιῶν τῷ ὄφει τῷ Λιβυκῷ, γίνεσθαι γὰρ φασὶ παρὰ τοῖς Λίβυ-
 σιν ὄφιν ἐχίδνη παρόμοιον, ὃς πολλὸν ἐπιχεάμενος ψάμμον, ὡς
 μὴ θεῶτο τοῖς παριοῦσι, μόνον ἀνειργυμένον ἔξω που τῆς ψάμμου
 τὸ στόμα μετὰ τῆς γλώττης ἀφίησι τοῖς παριοῦσιν ἀπροσδόκητον
 ὄλεθρον. (Γ.) Ἐν τι μόνον ἔδοξε τῷ βασιλεῖ συμβουλευέσθαι
 10 χρηστὸν καὶ τοῦτο δ' οὐ τὸν οἰκεῖον ἐνδεικνύμενος τρόπον· ἀλλὰ
 τὴν τοῦ βασιλέως ἕς τοῦτο διάπυρον ξυννενοηκῶς ὁρμὴν συνερ-
 γὸς ἔδοξεν ἕς τὸ βούλευμα καὶ αὐτός. συνήρογησε γὰρ τῷ τοῦ
 βασιλέως δόγματι ἕς τὸ δέξασθαι τοὺς Ἀρσενιάτας ἅπαξ τῆς
 καθολικῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἀποθῶραγένας διὰ κενοδοξίαν, ἵνα
 15 μὴ αὐτοὶ τε τὸν ψυχικὸν κατὰ διαδοχὴν κινδυνεύσωσι θάνατον
 καὶ ἅμα ἄλλους ἑξαπατῶντες ἕς τὸν αὐτὸν συνελάνωσιν ὄλεθρον.
 τοῦ δὴ βασιλέως εἰξάντος ταῖς πατριαρχικαῖς συμβουλαῖς οὕτως,
 ἅτ' ἐκ πολλοῦ καὶ αὐτοῦ τουτὶ βουλομένου, συναθροίζονται πολλοὶ
 πολλαχόθεν ὡσπερ ἐκ πετρῶν [καὶ βάτων ἀνθήμεροι βλαστάνον-
 20 τες Γίγαντες, ῥάκη μὲν περικείμενοι διεθῶωγότα, πλεῖστον δ' ἐν
 τοῖς τῆς καρδίας μυχοῖς τὸν τῆς κενοδοξίας καλύπτοντες ὄγκον. Β
 καὶ δὴ βαρέα τινὰ καὶ τὴν ἀκοὴν οὐ μετρίως κνίζοντα προβάλλ- V. 132
 λονται τὰ ζητήματα, ἵν' ἕς τοὺς πολλοὺς ἐμφανίσωσι δῆθεν οὐκ

9. συμβουλευέσθαι pro συμβουλεύσαι. BOIV. 17. δεξαμένου τὰς πατριαρχικὰς συμβουλάς, ἅτ' ἐκ πολ. A.

praestare cerneret, eorum se palam amicum simulabat: clam vero oderat, animumque et oculum malignum in omnes intendebat; et alias alios criminando Imperatoris aures furtim pulsare non dubitabat. In quo Libycum serpentem imitabatur. Aiunt enim serpentem nasci in Africa viperæ similem, qui ne a praefereuntibus conspiciatur, multa arena se ipsum cooperiat, et ore tantum cum lingua extra arenam exserto improvisum viatoribus exitium afferat. (III.) Unicum Imperatori rectum consilium dare visus est. In eo autem non voluntatem suam declaravit: sed cum Imperatorem ardentissimo studio id cupere intellexisset, effecit ipse, ut in partem eiusdem consilii venisse crederetur. Etenim quod Imperator fieri decreverat, ut Arseniatae semel a Catholica Ecclesia ob inanis gloriae studium avulsi reciperentur, id ut fieret operam dedit; ne ii morbo per successiones propagato salutem animae suae in discrimen vocarent, et alios quoque deceptos in idem secum exitium traherent. Hoc patriarchae consilium cum Imperator approbasset, qui et ipse diu id animo agitaverat, multi multis e locis conveniunt, veluti terrigenae quidam e saxis et rubis subito enati, laceris pannis obsiti; animis vero intimis tumorem vanae gloriae immodicum celantes. Et hi quidem quaestiones molestas, et quibus aures haud mediocriter morderentur, proponebant, ut vulgo scilicet probarent, se non sine causa discessio-

A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.

ἀναίτιως ἑαυτοὺς σχιζομένους. πρῶτον μὲν, ἵνα δηλαδὴ τὸ τοῦ πατριαρχεύσαντος Ἀρσενίου λείψανον ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου μονῆς ἐντίμως ἀνειληφότες ἐν τῷ μεγίστῳ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας νεῷ μεταθῶσι. δεύτερον, ἵνα καθαρτικῶ τιμὴ καθυποβληθῶσιν 5
C ἐπιτιμῶ τὰ γένη τῶν ἱερέων, ἀρχίαν δηλονότι τῆς ἱερουργίας ἐφ' ἡμέραις τεσσαράκοντα. τρίτον, ἵνα νηστείας καὶ γονυκλισίαις ἐπὶ ῥητοῖς καὶ ὁ κοινὸς ἅπας λαὸς καθαρθῶσι· καὶ ἐπὶ τούτοις ἕτερα τῆς ὁμοίας ἀπονοίας ἐχόμενα, ἃ πάντα διὰ τὸ τῆς εἰρήνης καὶ ὁμονοίας καλὸν σπεύσας ὁ βασιλεὺς ἐκπεραίνει. (Δ.) Εἶθ' ἕξις ὅσοι μὴ ἀξιώμασιν ἀναλόγοις τετίμηται τῶν 10
D ἀπὸ τοῦ σχίσματος ἀθροισθέντων, προστασίαις δηλαδὴ μητροπόλεων, προστασίαις μοναστηρίων, παρῶν ἱερατικῶν ἐν βασιλείαις, πορισμοῖς προσόδων ἐτησίων, οὗτοι δὴ πάντες μετὰ βραχὺ τῆς τοιαύτης ἀπεφύρασαν ὁμονοίας καὶ εἰσι ταῖς προτέροις αὖθις ἐμμένοντες ἰδιοτροπίαις καὶ σχίσμασιν. ὁ δὲ πατριάρχης προτρα- 15
πὲς παρ' αὐτῶν δὴ τῶν συνελθόντων Ἀρσενιατῶν ἀνῆλθεν ἐπὶ τοῦ ἁμβωνος, ἐνδεδυμένος τὴν ἱερατικὴν στολὴν, καὶ στὰς πρὸ τοῦ λειψάνου τοῦ Ἀρσενίου ἐξεφώνησεν ὡς ἐκ τοῦ Ἀρσενίου δῆθεν συγχώρησιν ἅπαντι τῷ λαῷ.

P. 162

ἰ. Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις μετὰ τὴν νίκην ἐκείνην θρασύν- 20
θέντες ὅσον πλεῖστον ἕξις οἱ βάρβαροι μικροῦ πᾶσαν ἐδήλωσαν τε καὶ κάκιστα διέθησαν τὴν περὶ τὴν Θράκην τῶν Ῥωμαίων χώραν, ὡς μήτε ἀροτριῶν, μήτε σπείρειν τῶν πόλεων ἐξιόντας δύνασθαι Ῥωμαίους ἐφ' ὅλοις ἔτεσι παρὰ βραχὺ δυοί. καὶ ἦσαν διὰ ταῦτα

nem fecisse. Erant autem hae. Primum, ut Arsenii patriarchae reliquiae, e Divi Andreae monasterio honorifice translatae, in maximo Sanctae Sophiae templo collocarentur. Deinde, ut poena aliqua piaculari sacerdotum ordines plecterentur: videlicet ne quadraginta diebus rem divinam facerent. Postremo, ut ieiuniis et genuflexionibus ad certum tempus definitis populus universus mundaretur, aliaque eidem amentiae affinia: quae omnia Imperator ob pacis et concordiae bonum propere exequitur. (IV.) Aliquanto post schismatici, quotquot convenientibus praemiis ornati non fuerant, cuiusmodi sunt metropolitani episcopatus, monasteriorum praefecturae, praerogativae in palatio, annuorum reddituum emolumenta, omnes statim abrupta concordia ad pristinum propriumque morem redeunt et in schismate denuo perseverant. At patriarcha, ipsis Arseniatis qui eodem convenerant hortantibus, ambone conscenso et sacerdotali stola indutus, ante Arsenii reliquias stans, recitata velut Arsenii nomine absolutionis formula, omnem populum venia donavit.

10. His temporibus post victoriam illam barbari sumpta maxima audacia omnes fere Romanorum agros circa Thraciam vastaverunt, et pessime illic grassati sunt; ut Romani duobus propemodum annis moenibus egredi nec ad arandum nec ad serendum auderent. Quae res gravi moerore et im-

λύπη βαθεία καὶ παλαμναιοτάταις φροντίσι τὴν ἑαυτῶν οἱ βασι- A. C.
 λεῖς ψυχὴν κατατέμνοντες. τὴν μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν Ῥωμαϊκῶν 1282
 στρατευμάτων βοήθειαν ἀπεργώκεσαν ἤδη τελέως, ἔξυνιέντες μὲν ad
 ὄψὲ Θεομηριαν τινὰ περὶ τούτοις ἐπιπολάζειν, τὰς δὲ τῆς Θεο- 1328
 5 μηνίας αἰτίας οὐκ οἶδ' ὅπως οὐ ἔξυνιέντες, καὶ ἦν αὐτοῖς ἡ πᾶσα B
 μελέτη μισθοφορικὴν τινα προσκαλέσασθαι συμμαχίαν ὄθενδή-
 ποτε. καὶ μέντοι καὶ ἐπὶ τούτοις ἐτρίβετο χρόνος οὐ μέτριος,
 ἀναλογιζομένων τὴν τῶν χρημάτων δαπάνην ἔσομένην μεγάλην
 καὶ οὐ μάλα τοι φορητὴν τῷ βασιλικῷ ταμείῳ, χρημάτων ἔπερ C
 10 ποτὲ νῦν μάλιστα σπανίζοντι διὰ τὴν τῆς χώρας κάκωσιν. ὁμοῦς
 μέντοι τῆς ἀνάγκης ἤρεμεῖν ἤκιστα συγχωρούσης πέμπει πρὸς τὸν V. 133
 ἐπὶ Θυγατρὶ γαμβρὸν, τὸν Κράλην λέγω Σερβίας, ὁ βασιλεὺς
 Ἄνδρόνικος συμμαχίαν μεταπεμπόμενος. (B.) Ἀλλὰ πρὶν ἐκεῖνην
 ἐκεῖθεν ἀφικέσθαι τὴν συμμαχίαν, ὁ πάντα ποιῶν καὶ μετα-
 15 σκευάζων πρὸς τὸ βέλτιον κύριος διανίστησι πρὸς ἀνδρικόν τινα
 ζῆλόν τινα τῶν εὐγενῶν τῆς συγκλήτου καὶ κατὰ γένος τῷ βασιλεῖ D
 προσηκόντων, Φιλῆν τὸν Παλαιολόγον, ὃς καὶ τὴν πρωτοστρα-
 τορικὴν παρὰ βασιλέως ὕστερον παρειληφῶς ἦν βακτηριαν. οὗτος
 οὖν περὶ τὰ βασιλεία διατρίβων αἰεὶ καὶ μάλα τοι πλείστην καρ-
 20 πύμενος τὴν τοῦ βασιλέως εὐμένειαν διὰ τὸ τῆς γνώμης ἀκρίβδη-
 λον καὶ διάπυρον πρὸς τὴν βασιλικὴν εὐνοίαν καὶ ἔτι τὸ τοῦ βίου
 σεμνόν, ἀδαῆς τις ἐδόκει καὶ ἄπειρος τὰ πολέμια, ἅτε καὶ τὸ P. 163
 σῶμα κατὰ φύσιν ἔχων ἰσχνόν καὶ τὰ πλεῖστα νοσηλευόμενον·
 καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ μόναις ταῖς θειοτέραις μελέταις ἦν ἐνδιατρί-

4. τούτοις A., τούτους W.

portunissimis curis animum affixit Imperatorum. Iam enim a Romanis legio-
 nibus nulla prorsus auxilii spes supererat, sero tandem intellecta numinis ira-
 cundia, quae illas comitabatur, causis vero illius iracundiae haud scio quo-
 modo non intellectis. In id igitur unum intenti erant Imperatores, ut mercena-
 rium undecunque militem conducerent. In quo mora temporis non parva
 intercessit, dum futuros sumptus reputant, magnos videlicet et quos fiscus
 ferre difficillime posset. Etenim fiscus, si unquam alias, tum vel maxime
 erat exhaustus ob provincias vastatas. Tamen urgente necessitate et mi-
 nimum quietis indulgente Imperator Andronicus ad filiae suae maritum Cra-
 lem Serviae auxilii arcessendi causa legationem mittit. (II.) Sed priusquam
 auxilia inde advenirent, Deus, qui omnia perficit et in melius refert, nobilem
 et senatorium virum Andronici Imperatoris cognatum excitat, et generoso
 quodam zelo inflammat. Is erat Philes Palaeologus, qui et protostratori-
 cum ab Imperatore baculum deinde accepit. Qui cum in palatio assiduus
 versaretur et magna apud Principem gratia polleret, quem sincero et ar-
 dente animi affectu atque ipsa vitae honestate sibi conciliaverat, ignarus et
 imperitus rei militaris habebatur; tum quia corpus natura sua tenue et mor-
 bis obnoxium habebat; tum maxime ob id, quia uni rerum divinarum contem-

A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.

βων καὶ ναοῖς προσεδρεύων ὡς τὰ πολλὰ καὶ πλείστην αἰδῶ τοῖς
ἱεροῖς τῶν πραγμάτων παρέχειν ἔργον ποιούμενος. οὗτος γὰρ
βαρείαις φροντίσι κάτοχον θεασάμενος τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον
ἔπαθε τὴν ψυχὴν· καὶ προσελθὼν, „δός μοι,” φησὶν, „εἰς τὰ
τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδα παρελθόντι βραχὺν τινα στρατὸν 5
Βάπολέξασθαι καὶ λοχαγούς καὶ ταξίαρχους, οὓς ἂν αὐτὸς ἐθέ-
λοιμι, καὶ πρὸς τούτοις δαπάνην ἀνενδεῆ τῶν χρειωδῶν τῶν τε
ὑποζυγίων καὶ αὐτῶν. αἱ γὰρ πρὸς θεὸν στεῆραί μου καὶ ἀθή-
γεις ἐλπίδες τὴν ἐμὴν ὑποτρέχουσαι περιθάλπουσι καρδίαν καὶ με
πείθουσι διῦσχυρίζεσθαι, ὡς ὄψει με τὴν ταχίστην τρόποια φέ- 10
ροντα κατὰ τουτωνὶ τῶν βαρβάρων. (Γ.) Πείθεται τοῖς λεγο-
μένοις ὁ βασιλεὺς ἐπειπῶν, ὡς δίκαια ποιῶν ὁ θεὸς οὐκ ἐν ταῖς
κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖ, οὐδ' ἐν πλήθει ἰσχύος, ὡς αὐτὸς
διὰ Δαβὶδ τοῦ προφήτου φησὶν, ἀλλ' ἐν συντετριμμένῃ καρδίᾳ
καὶ πνεύματι ταπεινώσεως. τῷ μὲν οὖν νῖψ τῷ ἐμῷ καὶ βασιλεῖ 15
Μιχαὴλ οἶμαι ἀπεχθανόμενος διὰ τὰ τῶν φυσάντων πλημμυελή-
ματα τὴν παρ' ἑαυτοῦ συμμαχίαν οὐ δίδωσι· δώσει δ' ἴσως
Βτουτωὶ τῷ σεμνῷ τὸν τε βίον καὶ τρόπον. τιμιωτέρα γὰρ παρὰ
κρυῖω σεμνότης καὶ βίος ἄληπτος ὑπὲρ δύναμιν ὀπλων. ἀπέ-
στρεψα γὰρ, φησὶ, καὶ εἶδον ὑπὸ τὸν ἥλιον, ὅτι οὐ τοῖς κού- 20
φοις ὁ δρόμος, καὶ οὐ τοῖς δυνατοῖς ὁ πόλεμος, καὶ γε οὐ τῷ
σοφῷ ὁ ἄρτος, καὶ γε οὐ τοῖς συνετοῖς ὁ πλοῦτος, καὶ γε οὐ τοῖς
γινώσκουσιν ἢ χάρις· ὅτι καιρὸς καὶ ἀπάντημα συναντήσεται
πᾶσιν αὐτοῖς. καὶ μὲν δὴ πᾶσαν τούτου τὴν αἴτησιν ὁ βασιλεὺς

3. οὕτω ante βαρείαις add. W., om. A. 11. λεγομ.] λόγοις A.
13. ὡς — φησὶν add. A.

plationi immorabatur, et fere in templis degebat, ac cultu religiosissimo sacra prosequabatur. Is cum Imperatorem Andronicum tantis curis aestuantem videret, animo indoluit et ad illum ingressus, „permitte,” inquit, „mihi ad Romana castra proficisci, ut et parvam militum manum, et centuriones ac tribunos quos ipse voluerim deligam. Fac item, ut commeatum mihi suppedites, qui et hominibus et iumentis satis sit. Spem enim firmam et inconcussam in Deo collocavi, qua animum subeunte ita confido, ut affirmare non dubitem victorem me barbaris hisce profligatis quamprimum affuturum.” (III.) Paret dictis Imperator, ac „iustus est Deus,” inquit, „cui non in tibiis viri beneplacitum est, nec in multitudine virium, ut ipse per Davidem prophetam ait, sed in contrito corde et in spiritu humilitatis. Nimirum filio meo Michaëli Imperatori propter parentum delicta, ut opinor, infensus ferre opem recusat: isti autem fortasse laturus est, vitae honestate et antiquis moribus commendabili. Pluris quippe fit apud Deum honesta et inculpata vita, quam vires armorum. Converti enim me,” inquit, „et vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec potentium bellum, nec sapientis panem, nec prudentum divitias, nec intelligentium gratiam: quoniam tempus et eventus iis omnibus occurret.” Itaque quicquid ille petie-

ἀσμένως ἀποπιμπλῆ, χρήματά τε καὶ ὄπλα καὶ ἵππον ὄσῃν καὶ
οἶαν ἐβούλετο δούς. (A.) Ἄ δὴ πάντα κατὰ γνώμην αὐτῷ γε-
γονότα παρειληφώς ὁ Φιλῆς πρώτα μὲν φιλοφροσύναις καὶ δεξιῶ-
σεσι παντοδαπαῖς ἀναδρόπιζει τοὺς στρατιώτας ἐς φλόγα πολε-
5 μικῆς ὀσμῆς, χρήματά τε χαριζόμενος καὶ ἵππους καὶ ὄπλα καὶ E
ἐκπώματα· ἔστι δ' ὅτε καὶ τὴν ἑαυτοῦ ζώνην λυσάμενος στρα-
τιώτῃ χαρίζεται, ἄλλω δὲ τὸ ἑαυτοῦ παραξιφίδιον· ὁμοδίαιτός
τε αὐτοῖς γίνεται καὶ ὁμόπνους, τιμὰς τε αὐτοῖς ὑπισχνεῖται καὶ
δωρεὰς οὐ μικρὰς μετὰ τὸν πόλεμον ἀναλόγους τοῖς ἀγῶσιν ἐκά- F
10 στον· ἔπειτα πάσης ἀδικίας ἀφέξεσθαι παραινεῖ, ἱερεῦσί τε πλείστα
διανέμει χρήματα δεισέων ἕνεκα τῶν ὑπὲρ τοῦ στρατοῦ καὶ αὐτοῦ
πρὸς θεόν. καὶ ἐπὶ τούτοις δεῖν ἔκρινε, πρὶν ἐξελθεῖν τῆς βασι-
λευούσης, λάθρα τοὺς κατασκευομένους τὰ τῶν πολεμίων στρα-
τόπεδα πέμψαι, ὡς μὴ ἀτέκμαρτον ἔχοι τὴν κίνησιν. καὶ δὴ
15 μαθὼν ὡς χιλίους πέζους καὶ διακοσίους ἵππείας ὁ Χαλῆλ ἀπολε- P. 164
ξάμενος πρότερον πέπομφε, πάσας τὰς περὶ τὴν Βιζύην κατα- V. 134
στρεφομένους χώρας καὶ πλείστην ἐκεῖθεν αὐτῷ τὴν λείαν κομί-
σοντας, ἔξεισι τὴν ταχίστην βουλόμενος πρὶν ἐπανήκειν τοὺς
πολεμίους συμμίξαι σφισι περὶ τὴν ὁδὸν ἅμα τοῖς λαφύροις ἐπα-
20 νοῦσι. (E.) Τριταῖος μὲν οὖν ἐκ τῶν τῆς βασιλευούσης ἄρας
προαστείων ἀφικνεῖται περὶ ποταμὸν Ξηρόγνησον οὕτωςί πως B
ἐγχωρίως καλούμενον. ἐνθα καὶ ὁμαλὸς ὁ χῶρος ἦν καὶ πεδιάς
ἀρίστη πρὸς τε στρατοπεδείας καὶ συρῶρήξεις πολέμων. ἐνταῦθα
δὴ οὖν στρατοπεδευόμενος διέταπτε τὰς τάξεις, τοὺς ταξιάρχ-

21. οὕτωςί πως A., οὕτω πως W.

rat, cupide Imperator exequitur, pecunia, armis, equis, quot et quales vo-
luerat datis. (IV.) Quae cum omnia Philes ex animi sententia obtinuisset,
tum ipse humanitate primum et omnis generis officiis bellicum ardorem et
impetum in animis militum excitare; pecunias, equos, arma, pocula largiri;
interdum et zonam suam solvere et militi dare; alii pugionem offerre; eo-
dem victu uti; idem velle et sentire; honores et donativa non parva, quae
cuiusque laboribus responderent, bello confecto persoluturum se promittere;
item monere, ut ab omni flagitio sibi temperent; denique sacerdotibus ma-
gnam pecuniam distribuere, ut Deum pro se et exercitu deprecentur. Ad
haec antequam Urbe egrederetur, necessarium duxit exploratores prae-
mitti, qui hostium castra specularentur, ne se ipse temere moveret. Cum
autem cognovisset, Chalelem nudiustertius mille pedites et ducentos equites
delegisse, qui omnes agros iuxta Bizyam popularentur, et maximam inde
praedam afferrent, maturat exitum eo consilio, ut cum hostibus nondum ad
suos reversis, sed cum praeda redeuntibus, in itinere congregiatur. (V.) Ter-
tio die postquam ex Byzantinis suburbiis discesserat, ad flumen quod in-
colae Xerogypsum appellant, pervenit. Planus est is locus et campis ad
castrametanda et ad praelium committendum aptissimis diffusus. Ibi igitur
castris positis aciem explicat; ordines et ordinum ductores, cohortes et prae-

- A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron Senioris.
- χοῦς, τοὺς λόχοις, τοὺς λοχαγοῦς, τοὺς οὐραγοῦς, τὰς φύλαγ-
 γας, λόγοις τε μελιχίοις συχνὰ παραθαυρόνων καὶ προπόσεσι
 δεξιούμενος καὶ πάντα ποιῶν ὅσα τόνον δίδωσι τῇ τῶν ἀνδρῶν
 προθυμία. δύο παρηλθον ἡμέραι καὶ ἤκουσιν οἱ σκοποὶ περὶ
 Μέσας νύκτας, ἔγγυς εἶναι τοὺς πολεμίους ἀγγέλλοντες μετὰ πολ- 5
 λῶν τῶν λαφύρων ἐπανιόντας ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν καὶ
 νηπίων καὶ κτηνῶν. ἅμα δ' ἤλιώ καὶ οἱ πολέμοι ἀναφαίνονται·
 καὶ πόρρωθεν καὶ αὐτοὶ τὰ τῶν πολεμίων ὄρωσι στρατόπεδα τῇ
 λαμπρότητι τῶν ὅπλων ἀστράπτοντα. καὶ δὴ κατὰ χώραν στάν-
 τες παρεσκευάζοντο πρὸς τὸν πόλεμον. καὶ πρῶτα μὲν τὰς ἁμά- 10
 Δξας κατὰ κύκλον στήσαντες δεσμίους ἔνδον τοὺς αἰχμαλώτους
 εἰσάγουσιν ἅμα τοῖς ἄλλοις λαφύροις. ἔπειτα κόνιν χεάμενοι κατὰ
 κεφαλῆς καὶ χεῖρας πρὸς οὐρανὸν ἀνατείναντες ἀνελάβοντο τὰ
 ὅπλα. ἤδη δὲ καὶ τὸν Ῥωμαϊκὸν ὄρωσι στρατὸν συντεταμένον
 ἴοντα κατ' αὐτῶν καὶ κατόπιν τὰς τε τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἰππέων 15
 δυνάμεις ἰθύνοντα τὸν Φιλῆν καὶ λόγοις παντοίοις πρὸς πόλεμον
 Ἐπαροξύνοντα. (ξ') Πρῶτος οὖν εἰσεπήδησεν ἐς τὴν φύλαγγα
 τῶν βαρβάρων ὁ ταξίαρχος τοῦ δεξιοῦ κέρως μετὰ τῆς ἐπομένης
 αὐτῷ φύλαγγος· καὶ τρώσας καιρίαν τὸν ἀντιστάντα πολέμιον
 καταβάλλει τοῦ ἵππου καὶ ἐπ' αὐτῷ ἕτερον· κἄπειτα τοῦ ἵππου 20
 βληθέντος αὐτῷ παρεκκλίνει τοῦ μεταιχμίου. τοῦτο διέσεισε πρὸς
 βραχὺ τὴν Ῥωμαίων φύλαγγα· καὶ ἀνεθρόωσθησαν οἱ πολέμοι
 καὶ ἀσήμεω χρησάμενοι τῇ κλαγγῇ καὶ βοῇ πρὸς δίωξιν ὄρωισαν.
 Ἐὰλλὰ φθάσας ὁ Φιλῆς περιῆει λόγοις καὶ παρακελεύσεσι θαυρόνων
 6. ἀνδρῶν — κτηνῶν add. A. 14. συντεταμένον A., συντετα-
 γμένον W. 24. παρακελεύεσθεσι A.

fectos cohortium cum primi tum extremi agminis, legiones denique ad pugnam instruit; benignis sermonibus omnes subinde confirmat, et propinationibus demeretur: omnia denique facit, quae animorum alacritatem maxime augent. Biduo post sub mediam noctem speculatores adsunt, hostem in proximo esse nunciantes, multis spoliis onustum, viros, mulieres, puerosque et iumenta secum abducentem. Sub ortum solis etiam hostes se ostendunt, atque eminus et ipsi hostilia castra cernunt, splendore armorum coruscantia. Quare presso gradu ad pugnam se parant. Ac primum curribus in orbem circumpositis captivos in medio vinctos collocant una cum caeteris manubiis. Deinde pulvere capitibus insperso et manibus in caelum sublatis arma corripunt. Iam et Romanum exercitum instructum vident contra sese ire, et Philen pone sequi, peditum et equitum copias regentem et variis adhortationibus ad pugnam extimulantem. (VI.) Qui igitur in dextro cornu ordines ducebat, primus cum suo agmine in hostilem phalangem facto impetu hostem oppositum lethali vulnere inflicto ex equo deturbat; mox statim alterum. Deinde equo suo vulnerato ex acie discedit. Id Romanam phalangem aliquantisper conturbavit, effecitque, ut hostes reparatis viribus incondito clamore et ululatu ad persequendos Romanos cum impetu ferrentur. Sed Philes huic malo statim occurrit, cum aciem obeundo equites

τότε πεζὸν καὶ ὅσοι τῶν ἰππέων καὶ πολλοῖς ἔνθεν μὲν αὐτὸς Ἀ. C.
 ἐπιβοώμενος δάκρυσι τὴν θείαν ἐπικουρίαν, μὴ περιῦδεῖν κινδύ- 1282
 νέουσαν ἐν βραχεῖ τὴν ὅλην Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, ἐκεῖθεν δ' ad
 οὐμώζοντές τε καὶ ὀλολύζοντες τῶν ἀλχημαλώτων τὰ πλήθη καὶ 1328
 5 θερμοῖς στεναγμοῖς τε καὶ δάκρυσι τὴν ἄνωθεν δεξιὰν ἐπικαλού- Imp. Andron.
 μενοι σύμμαχον. τότε τοίνυν αἱ μὲν πεζικαὶ τῶν Ῥωμαίων δυνά- Senioris.
 μεις εἰς χεῖρας ἴοντες τοῖς τῶν βαρβάρων πεζοῖς ἐκ τοῦ σύνεγγυς P. 165
 ἔβαλλόν τε καὶ ἐβάλλοντο, ἐκοπτόν τε καὶ ἐκόπτοντο· καὶ ἦν
 καρτερά τις καὶ βιαία τῶν πεζῶν ἢ μάχη, λίαν εὐρώστως ἀμφο-
 10 τέρων τῶν δυνάμεων ἀγωνιζομένων. τῶν δ' ἰππέων τοὺς μὲν
 πλείστους κύκλω περιήγαγε τοῦ βαρβαρικοῦ στρατεύματος ὁ Φι-
 λῆς· ὁ δὲ τοὺς ἄριστα πεφραγμένους τοῖς ὅπλοις ἀναλαβὼν
 ῥήγνυσιν ἐκ πλευρᾶς τὴν ὅλην φάλαγγα τῶν βαρβάρων καὶ μέσος
 ἐλάσας ἐκλόνησέ τε καὶ συνεκύνκησε κράτιστα ταύτην, ὡς μηκέτι B
 15 δύνασθαι τοὺς βαρβάρους συστήναί τε καὶ γνῶναι τὸ ποιητέον,
 οὕτω πανταχόθεν περιστοιχισθέντας καὶ ἀφειδῶς κοπτομένους.
 καὶ μὲν δὴ πλὴν ὀλίγων ἰππέων ἅπαντας ἐκεῖ κατασφάζαντες ἔπειτα
 ἐπισπεύδουσι τὴν πορείαν, ἔξιππασάμενοι μέχρι τῶν εἰσόδων τῆς
 Χερρόνησου, ἵνα ἐντὸς ὡς ἐν δικτύῳ συγκλείσαντες τοὺς λοιποὺς V. 135
 20 τῶν βαρβάρων εὐεπιχείρητον τὴν τούτων ἀπώλειαν τοῦ λοιποῦ C
 διαπράξωται. (Z.) Φθάσαντες οὖν ἐνταῦθα στρατοπεδεύουσι
 τοῖς τε ἐπινικίοις τρυφῶντες καὶ ταῖς ἐκ βασιλέως τιμαῖς τε καὶ
 δωρεαῖς. πέμπει δὲ καὶ πέντε τριήρεις ὁ βασιλεὺς εὐθύς, ἵνα
 παραπλέουσαι τὸν Ἑλλάσποντον παραφυλάττωσι, μὴ λάθῃ παρὰ

19. Χερρόνησου A., Χερσον. W. ἴν' ἐντ. A.

pariter et pedites verbis et cohortationibus confirmaret; et hinc quidem ipse lacrymis divinam opem imploraret, ne totum Romanum Imperium paulo momento funditus everti pateretur; inde autem captivi gementes et ululantes ferventibus suspiriis et fletibus praesens Dei auxilium exposcerent. Tum igitur pedestres Romanorum copiae barbarorum peditatum cominus aggressi feriunt et feriuntur, caedunt, caeduntur; et utrisque fortiter dimicantibus atrox et ardens pugna exsurgit. Maxima vero parte equitum Philes barbaricam aciem involvit; ac ipse sumptis secum iis, qui armis optime instructi erant, totam a latere phalangem hostium perrumpit, et in eam usque mediam delatus ita strenue obvios disuicit ac perturbat, ut barbari neque consistere possent, nec quid agendum esset scirent, undique circumventi et foede trucidati. Ita omnibus ferme illic caesis, pauci duntaxat equites effugerunt: quos Romani equites gradu accelerato usque ad ingressum Chersonesi persequuti sunt, ut ibi tanquam intra rete conclusos reliquos facili labore mactarent. (VII.) Quo cum perventum esset, gaudio ob victoriam exultantes honoribusque et donis ab Imperatore cumulati castra ponunt. Statim etiam quinque triremes Imperator misit, quae Hellespontioram legendo caverent, ne a barbaris in adverso littore habitantibus Cha-

A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.

τῶν ἀντιπέρας βαρβάρων ἐληλυθυῖα δύναμις τῷ Χαλήλ. τούτων οὕτως ἐχόντων ἦκει καὶ ἡ πάλαι κληθεῖσα τῶν Τριβαλλῶν συμμαχία, λογάδες ἵππεῖς δισχίλιοι. ἦκει δ' ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ τῶν ἐν τοῖς Γαλάτου Λατίνων ποτεστάτος παρὰ τὸν Ἑλλήσποντον, Δαυτόκλητος Ῥωμαίοις σύμμαχος, τριήρεις ἔχων ὀκτώ καὶ τειχο-5 μαχικὰ μηχανήματα. καὶ δὴ προσελάσαντες ἔνθεν μὲν τὰ Ῥωμαίων καὶ Τριβαλλῶν στρατεύματα, ἐκεῖθεν δὲ τὰ ἐκ τῶν τριήρων, μεμερισμένως κατὰ γένη καὶ φυλὰς πηγνύουσι τὰ στρατόπεδα κύκλῳ τοῦ ἄστεως καὶ τῶν τάφρων, ἐν οἷς τὴν διαίταν Εἶχον οἱ βάρβαροι. οἱ μέντοι Ῥωμαῖοί τε καὶ οἱ Λατίνοι δεξιῶς 10 ἔχοντες πρὸς τειχομαχίαν καὶ πολιορκίαν περιῦσι πάντοια καὶ ἰσχυρὰ μηχανήματα, δι' ὧν πλήθη λίθων ἐρρίπτουν, καὶ πολὺν ἐπῆγον τὸν ὄλεθρον τοῖς τε ὑποζυγίοις τῶν βαρβάρων καὶ αὐτοῖς· καὶ τοῦτο νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ποιοῦντες οὐκ ἔληγον. (H.) Τοῖς δὲ βαρβάροις πρὸ ὀφθαλμῶν ἤδη τὸν ὄλεθρον βλέ-15 σκουσιν ἑαυτῶν, καὶ μὴ ἔχουσιν ὅθεν διαφύγοιεν διὰ τὸ πανταχόθεν πολλοῖς κεκνκλωσθαι στρατεύμασιν, ἔδοξε διακνβεῦσαι τὸ ζῆν οὕτως. ἔδοξε γὰρ λάθρα καὶ νύκτωρ ἐπιθέσθαι τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατῷ μᾶλλον ἢ τοῖς ἄλλοις, ἅτε ἐθάδες ὄντες νικῶν αὐτοὺς καὶ ἅμα πεφοβημένους καὶ αὐτοὺς ὄντας ἐκ τῶν φθασάντων 20 δυστυχημάτων· ἵνα διὰ τούτων ἴσως καὶ τὰ τῶν ἄλλων στρατόπεδα θορυβήσαντες ἀνακωχὴν τῆς πολιορκίας ἐργάσωνται. ἀλλὰ P. 166 τότε πρῶτον ἤσθοντο σφαιερὰς ὑπολήψεις κατὰ Ῥωμαίων θρέφαντες. οὐ γὰρ ἔλαθεν αὐτοὺς οὐδ' ἡ πρώτη τῶν βαρβάρων

13. τε om. A. 18. νύκτωρ A., νυκτός W.

leli auxilia submitterentur. Hoc rerum statu Triballorum quoque auxilia iampridem evocata adsunt, delectorum equitum duo millia. Adest et Latinorum Galataeorum Potestas apud Hellespontum ultro nostris opem laturus cum octo triremibus et muralibus tormentis. Cum igitur hinc Romanorum et Triballorum copiae, inde ii qui in triremibus erant advenissent, pro gentium et nationum varietate distincti ac divisi circum oppidum et fossas, intra quas barbari se continebant, castrametantur. Ac Romani quidem et Latini obsidionum et oppugnationum periti omnis generis firmas machinas contra castellum disponunt; quarum ope saxa plurima eiuculantes magnam apud barbaros hominum et iumentorum stragem edebant: idque nec interdiu nec noctu facere intermittebant. (VIII.) Barbaris vero, quibus iam ante oculos mors erat, nec ullum effugium patebat, quod undique multis exercitibus cincti essent, discrimen vitae adire visum est hoc modo. Noctu Romanorum potius quam aliorum exercitum invadendum esse statuerunt, quod et vincere eos hactenus consuevissent, et praeteriti temporis cladibus adhuc territos eos putarent: ut per hos forsitan caeteris quoque hostibus perturbatis morae alicuius spatio oppugnationem interrumperent. Sed tum primum senserunt, se falsa de Romanis opinione imbutos esse, quos ne pri-

ὄρμη ὀπλισμένους καὶ ἐργηγορότας καὶ συγκαῖς φυλακαῖς ὁμοι-
βαδὸν τὴν νύκτα παραμετροῦντας. διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὡς πύργῳ
στεφῆν προσβαλόντες ἀπεκρούσθησαν καὶ ὑπέστρεψαν αἰσχιστα.

A. C.
1282
ad
1328

οὐ μὴν μέχρι τούτου γε στήναι ἐγνώκεσαν· ἀλλὰ σφόδρα τῆ<sup>Imp. Andron.
Senioris.</sup>

5 πολιορκία πιεζομένοις ἔδοξεν αὐθις πείραν λαβεῖν καὶ τῶν Τρι-
βαλλῶν. ἀλλὰ τὰ ὅμοια καὶ παρὰ σφῶν πεπονθότες πρὸς τὰς
ἰσχυατῖας ἤδη τῆς ἀπογνώσεως ἦσαν σκηνοβατοῦντες. (Θ.) Καὶ δὴ Β

τῆ ὑστεραία περὶ μέσας νύκτας τὰ ὄπλα ῥίψαντες αὐτομολοῦσι
πρὸς τὰς τριήρεις βρίζουσι κόλποις καὶ βαλαντίοις. τοῖς γὰρ
10 Λατίνοις μόνοις τὴν ἑαυτῶν ἐθάξθησαν φυλακὴν, μηδὲν ἐπι-
σαντες πείσεσθαι δεινὸν ὑπ' αὐτῶν, ἅτε μηδὲν μηδ' αὐτοὶ δεινὸν
κατ' αὐτῶν ἐργασάμενοι πρότερον. ἀλλὰ τῆς νυκτὸς ἐκείνης ἀσε-

15 κλήρου καὶ ζοφερᾶς τυγχανούσης ἔλαθον ὑπ' ἀγνοίας οἱ πλείους
αὐτῶν παρὰ τὰς τῶν Ῥωμαίων τριήρεις καταφυγόντες, καὶ
καπνὸν φεύγοντες εἰς πῦρ ἐμπεπτώκασι, τὰς τῶν Ῥωμαίων δη-

20 ζητεῖσθαι παρὰ Ῥωμαίων. τοὺς δὲ λοιποὺς τότε μὲν ζῶντας ἐτή-
ρησαν ἐν δεσμοῖς· ἔπειτα τοὺς μὲν ἐξ αὐτῶν ἐκόμισαν τῷ βασιλεῖ, V. 136
τοὺς δὲ πρὸς δουλείαν ἑαυτῶν διενείμαντο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοῦ-
τον ἔσχε τὸν τρόπον.

ια'. Ἐς δὲ τοῦπιόν ἔτος ἐκβάλλεται καὶ Νίφων τοῦ πατριαρ-Ε

19. ἀνέφορα Α., ἀνέφορα W.

ma quidem barbarorum eruptio latuit, armatos et vigilantes et per crebras excubiarum vices noctem transigentes. Quare inani impetu velut in fortem turrim facto repulsi turpissime recesserunt. Nec tamen in eo demum subsistere eis placuit, ut nihil ultra tentarent. Verum gravi obsidione premente etiam Triballorum periculum facere libuit. Sed eodem modo ab illis etiam tractati iam in extrema desperatione versabantur. (IX.) Itaque postridie sub mediam noctem abiectis armis ad triremes plenis sinibus et saccis decurrunt. Latinis enim solis, quod nihil ab illis mali timerent ut quos nec ipsi ulla iniuria antehac laessissent, salutem suam credere ausi sunt. Sed cum ea nox obscura et illunis foret, plerique imprudentes ad Romanas triremes deveniunt: ibique, dum fumum fugiunt, in ignem delabuntur, hoc est, in Romanorum manus incidunt, qui et pecuniis omnibus eos actutum spoliant et absque misericordia contrucidant. Latini vero suos supplices non quidem omnes occiderunt, sed eos tantum qui pecuniae plurimum attulerunt, ut quid accepissent incompertum maneret, ne Romani si rescivissent pecunias repeterent. Caeteros tum quidem in vinculis vivos habuerunt; deinde ex iis alios Imperatori attulerunt, alios inter sese partiti ad servitutem retinuerunt. Et haec quidem in hunc modum gesta sunt.

11. Sequenti anno etiam Niphon e patriarchali sede eiicitur ob multa

- A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. χικοῦ θρόνου, αἰτίαν εἰληφῶς πολλαπλῆς καὶ πολυειδοῦς ἱερο-
 συλίας καὶ χρημάτων ἔρωτος ἄδικόν τε καὶ μὴ πάνν τῷ πατριαρ-
 χικῷ προσήκοντα θρόνω τὸν πορισμὸν ἐφευρίσκοντος. καὶ ὑπελθῶν
 οἰκητήριον ἐποιήσατο τὸ πρὸς θάλασσαν τετραμμένον μέρος τῆς
 Περιβλέπτου μόνῃς. ἐνὸς δὲ μεταξύ παραδραμόντος ἔτους ἐπὶ τὸν 5
 A. C. 1316 πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον Ἰωάννης ὁ Γλυκὺς, λογοθέτης ὢν
 P. 167 τηριζαῦτα τοῦ δρόμου καὶ γυναῖκα ἔχων καὶ υἱοὺς καὶ θυγατέρας.
 ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ σοφὸς ἐν τοῖς μάλιστα καὶ σφόδρα τῆς εὐγενοῦς
 ἐκείνης τῶν Ἀθηναίων ἠχοῦς εἶπερ τις ἐχόμενος καὶ τύπον ἐκείνον
 καὶ τρόπον καθάπερ τι θεῖον τηρῶν ἀρχέτυπον· συνέσεως δ' 10
 ἐμβριθεῖα καὶ γνώμη βουλευομένη τὰ δέοντα καὶ τρόπων σεμνό-
 τητι μακρῷ τῷ μέτρῳ πάντας νικῶν. διὰ ταῦτα δὴ καὶ τὸν πα-
 τριαρχικὸν θρόνον ἔπαθλον κατὰ τὸ προσήκον λαμβάνει, τῆς
 γυναικὸς αὐτοῦ τὸ μοναχικὸν εὐθὺς ὑπελθούσης σχῆμα. καὶ αὐ-
 Βτὸν μέντοι τὸ μοναχικὸν ὑπελθεῖν ὀρμήσαντα σχῆμα αἰδοῖ τοῦ 15
 θρόνου τῆς ὀρμῆς ἐπέσχευ ὁ βασιλεύς. χυμοῦ γὰρ τινος διεφθο-
 ρότος οὐ πάνν πρὸ πολλοῦ τὰ τούτου διαδραμόντος ἄρθρα, τα-
 κταῖς περιόδοις τοῦ ἔτους ἔπασχε τὰ δεινότεα, καὶ ἦν ἀνάγκη
 κατὰ τὰς τῶν ἰατρῶν κρίσεις κρέατι τοῦτον χρῆσθαι· καὶ διὰ
 τοῦτο δὴ τὸ μοναχικὸν ὑπελθεῖν οὐ συγκεχώρηται σχῆμα. τούτου 20
 C τοῦ ἀνδρὸς ἀπολελεύκειν ἀγῶν, καθόσον πλεῖστον ἐξῆν, ἐν ταῖς
 νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν σχολαῖς λογικαῖς αὐτῷ συγγινόμενος καὶ
 πολλὴν τῆς ἐκείνου γλώττης τρυγῶν τὴν ὠφέλειαν· ὁπότε δὴ καὶ

11. βουλευομένη A., βουλομένη W. 19. χρῆσθαι A., κερῆ-
 σθαι W. 21. ἀπολελεύκειν A., ἀπελελ. W.

et varia sacrilegia atque ob amorem pecuniae, quo ille impulsus quaestum iniquum nec satis dignitati suae convenientem instituebat. Is autem digressus domicilium sibi elegit eam partem monasterii Peribleptae, quae mare spectat. Uno anno interiecto in patriarchicum solium imponitur Ioannes Glycys, tum Logotheta cursus publici, qui uxorem filiosque et filias habebat. Erat hic vir doctissimus et generosae illius Atheniensium elocutionis, si quis unquam, retinentissimus, utpote qui eam dicendi formam ac rationem tanquam divinum aliquod exemplar observaret. Idem gravi iudicio, animi affectu ad optima quaeque propenso, et morum sanctitate longe omnes superabat. Quas ob res patriarchalem sedem velut meritum praemium accepit, cum uxor eius statim monasticum habitum induisset. Atque ipse quoque sedis reverentia eundem habitum induere quidem voluit; sed illius conatui Imperator obstitit. Nam cum corruptus humor non ita multo ante articulos eius invasisset, certis anni intervallis gravissime cruciabatur, et de sententia medicorum eum necesse erat carnibus vesci: qua de causa monasticus ei habitus non concessus est. Huius viri consuetudine usus et ipse sum, quoad potui et licuit nocturnis diurnisque eius colloquiis interesse et uberrimos fructus ex ipsius sermonibus colligere solitus, cum apud me

παρ' ἔμοι οἱ τε τῶν λόγων μάλα τοι ἤχμαζον ἕρωτες καὶ ἡ ἡλικία
 τὸν εἰκοστὸν παρήλλαττε χρόνον. (B.) Ἦν γε μὴν τηρικαῦτα τῷ
 βασιλεῖ παραδυναστεύων καὶ πᾶσαν κατάστασιν ὅλοις μεσιτεύων
 τοῖς πράγμασιν ὁ Μετοχίτης Θεόδωρος, λογοθέτης ὢν τηρικαῦτα
 5 τοῦ γενικοῦ. τοσοῦτον δ' αὐτῷ προσετιθήκει καὶ οὕτως ὁ βασι- D
 λεὺς αὐτοῦ γε ἐξήρητο, ὥστ' οὐδὲν ἦν αὐτῷ μικρὸν ἢ μέγα τῶν
 πάντων ἀπόρητον πρὸς αὐτόν· ἀλλὰ πάντ' ἐποίει βουλομένου
 καὶ τούτου, καὶ αὐθις οὐδὲν, ὃ μὴ τούτῳ πρὸς βουλήσεως ἦν.
 ἤδη δὲ καὶ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ τὸν ἀδελφιδοῦν τούτῳ παρ-
 10 σχετο, Ἰωάννην φημὶ τὸν μονογενῆ τοῦ Πορφυρογεννήτου υἱόν·
 ὃν δὴ ζῶντος μὲν αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἀπεστρέφετο δι' ἔχθος τὸ E
 πρὸς ἐκεῖνον· ἐκείνου δ' ἀπαλλάξαντος ἐδέξατό τε καὶ ἐν τοῖς
 μάλιστα ἔστεργεν ἄρτι τὸν ἔφηβον παραλλάττοντα. ἐτετιμήκει δ'
 αὐτὸν εὐθὺς καὶ τῷ τοῦ πανυπερσεβάστου ἀξιώματι, ὃ νῦν καὶ
 15 αὐτὸ διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν στοργὴν ἐνδοξότερον ἢ πρότερον εἶχε
 πολλῷ κατεστήσατο. ἐνδύμασι γὰρ καὶ πεδίλοις αὐτοῦ καὶ ὅσα V. 137
 τὸν ἵππον τούτου κοσμεῖ κηφόις τοῖς ἅπασι χρῆσθαι κεχάρισται, F
 ἔν' ἣ διασημότετος ἐν τοῖς περὶ τὸν βασιλέα εὐγενέσι. τοῦτον τοί-
 νυν οὕτω πολλῆς ἀπολαύοντα τῆς βασιλικῆς εὐμενείας Θεοδώρου
 20 τῷ λογοθέτῃ γαμβρὸν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ θυγατρὶ παρέσχετο, χαρι-
 ζόμενος δι' ἄπερ ἐπλούτει καλὰ κάγαθα. σώματος γὰρ μεγέθει
 καὶ μελῶν καὶ μερῶν συμμετρίᾳ καὶ ὀφθαλμῶν ἰλαρότητι πάντας
 εἶλκε πρὸς ἑαυτὸν ὀφθαλμούς. φύσεως δ' εὐμοιρία πρὸς λόγους
 καὶ καρτερίᾳ πρὸς πόνους καὶ μνήμης ὑγιείᾳ καὶ καθαρότητι σο-

16. πεδίλ.] ὑποδήμασιν A.

maxime vigebat eloquentiae amor; aetas autem mea vicesimum annum ex-
 cedebat. (II.) Erat eo tempore summae apud Imperatorem auctoritatis,
 ac rerum omnium administrationi praeerat Theodorus Metochites, Logotheta
 tum generalis. Tanto autem studio Imperator eum complectebatur, sic de
 eo totus pendebat, ut nihil adeo arcanum esset, quod ei sive parvum sive
 magnum haud concrederet, omniaque fierent quae hic vellet, contraque ni-
 hil quod nollet. Ac iam eidem generum dederat nepotem suum Ioannem,
 fratris sui Porphyrogeniti filium unicum: quem patre eius superstite ideo
 aversabatur, quia ipsum patrem oderat: deinde eodem defuncto ad se re-
 cepit, et maxime dilexit, cum is ex ephebis modo excessisset; eique sta-
 tim Panypersebasti dignitatem decrevit: quam illius amore longe augustio-
 rem quam prius fuerat effecit. Quippe et vestimentis et calceis et equi
 ornamentis coloris lutei uti permisit, ut inter aulae nobiles maxime conspi-
 cius esset. Hunc igitur Imperator, quem tam carum habebat, Logothetae
 generum esse voluit, ei viro ob eximias dotes quam plurimas in hunc modum
 gratificatus. Nam proceritate corporis et membrorum ac partium propor-
 tione et oculorum hilaritate omnium oculos in se convertebat. Facundia
 porro naturali, laborum tolerantia, memoria firma et nitida, summum omnis

- A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.
P. 168
- φίας ἀπάσης ἐς τὸ ἀκρότατον ἤλασεν. οὕτω δ' εὐπορος ἦν ἅπαντα τοῖς ζητοῦσι παλαιά τε καὶ νέα προσφέρειν ὡς ἐκ βιβλίου τῆς γλώττης, ὥστε μικρὰ ἢ οὐδὲν ἔδει βιβλίων τοῖς ὁμιλοῦσι. βιβλιοθήκη γὰρ ἦν ἐμπυρνος οὗτος καὶ τῶν ζητουμένων πρόχειρος εὐπορία· οὕτω πάντας μακροῦ τῷ μέτρῳ παρέδραμεν, ὅσοι ποτὲ λόγων ἤψαντο. (Γ.) Ἐν τι μόνον ἴσως αὐτοῦ καταμύψαιτό τις; ὅτι πρὸς οὐδένα τῶν πάλαι ῥητόρων ἀναφέρειν βεβούληται τοῦ τῆς αὐτοῦ γραφῆς χαρακτῆρος τὴν μίμησιν, οὐδ' ἰλαρᾷ τινι καὶ μειδιώσῃ γλώσσῃ τὸ τῆς διανοίας παραμυθεῖσθαι ἐμβριθές, οὐδὲ τὸ τῆς φύσεως πάντῃ τοι γόνιμον χαλινοῦ τινι κατέχειν προτεθῆ-10 μηται· ἀλλ' ἰδιοτροπία τινὶ καὶ αὐτονομία φύσεως κατακολοθήσας χεμιῶνά τινα καὶ θάλατταν γλώττης πρόσχεται· κἀντεῦθεν ἀμύσσει καὶ κνίξει τῶν ἐπιόντων τὴν ἀκοήν, καθάπερ τὴν τῶν τρυγόντων παλάμην ἢ περὶ τὸ ῥόδον ἄκανθα. ἔξεστι δὲ καὶ πᾶσι τοῖς βουλομένοις τεκμηριοῦσθαι τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς λό-15 γοις δύναμιν, ἔξ ὧν συνετετάχει πολλῶν τε καὶ πολλῆς καὶ ποικίλης γεμόντων τῆς ὠφελείας βιβλίων. ὃ δὲ πάντων μᾶλλον θαυμάζειν ἔχοι τις ἂν τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι τοσοῦτον πρὸς τῶν κοινῶν πραγμάτων θορόβου καὶ κλύδωνος ἐπιχειμένου καὶ φροντίδων ἄλλοτε ἄλλων ἐπικλυζόντων αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, οὐδὲν ἦν ὃ τοῦ 20
- Δ ἀναγινώσκειν καὶ γράφειν ἀπησχόλησε πώποτε· ἀλλ' οὕτως εἶχε πρὸς ἄμφω δεξιῶς, ὥστ' ἐκ πρώτης μὲν ἐς ἐσπέραν ἐν βασιλείοις τὰ κοινὰ διοικῶν ἦν οὕτως ὀλοσχερῶς καὶ ἕξιν γε πολλῇ καὶ ζεούσῃ τῇ προθυμίᾳ, ὥσπερ ἂν εἰ τῶν λόγων ἔξω παντάπασιν

9. γλώττη A.

eruditionis fastigium conscenderat. Si quid ex eo sive novum sive antiquum quaereres, ita recensebat, quasi ex libro recitaret. Quare iis qui cum eo colloquebantur parum aut nihil opus erat libris. Erat enim viva bibliotheca, et eorum quae scire velles parata copia: tanto intervallo omnes eos superabat, qui unquam in studiis versati sunt. (III.) Unum hoc in eo reprehendi queat, quod ad nullius veteris oratoris imitationem stylum conformavit, neque gravitatem sententiarum amoenitate ac lepore quodam dictionis condire voluit, neque ingenii ubertatem nimiam fraeno ullo moderatus est: sed suo quodam genere et genio delectatus procellosum veluti verborum mare obicit, atque adeo legentium aures offendit et veluti pungit, ut spinae digitos eorum qui rosas carpunt. Verum qua dicendi facultate praeditus fuerit, cuilibet aestimare promptum est e plurimis libris, quos multae et variae frugis plenos composuit. Iam quod in eo viro maxime mireris, cum tantae molestiae premerent, tantus negotiorum publicorum aestus incumberet, cum curae alias aliae animum eius veluti inundarent, nihil unquam fuit, quod eum a lectione et scriptione revocaret. Sed ea dexteritate in utrisque versabatur, ut a mane usque ad vesperam in palatio rempublicam administraret, et uni huic rei ita sedulo, ita acri studio vacaret, quasi a

ἐτύγχανεν· ὁπρὲ δ' αὖθις ἐκεῖθεν ἀπαλλαττόμενος οὕτως ὄλωσεν
 τῶν λόγων ἐγίνετο, ὥσπερ ἂν εἰ σχολαστικός τις ἦν καὶ τῶν
 πραγμάτων παντάπασιν ἐκτός. καὶ πλεῖστα δ' ἕτερα περὶ τοῦδε
 λέγειν ἔχοντες τοῦ ἀνδρὸς ταμιεύσομεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν.

A. C.
1282
ad
1328

Imp. Andron.
Senioris.

5 ἰβ'. Τῇ γε μὴν Εἰρήνῃ τῇ βασιλίσση πλεῖστον ἐν Θεσσαλο- P. 169

νίῃ διατριψάσῃ χρόνον, δι' ἧς ἔφαμεν αἰτίας, ἔδοξεν αὐτῇ
 κατὰ τούτους τοὺς χρόνους καὶ περὶ τὸ πολίχνιον ἀφικέσθαι τὴν
 Δράμαν, εἰωθὸς ὄν αὐτῇ καὶ πρότερον τοῦτο ποιεῖν θυμηδίας V. 138

10 σθαι. ἔνθα δὴ γενομένην χαλεπὸς αὐτὴν πυρετὸς περιέσχε μετ'
 οὐ πολὺ, ὅς δὴ καὶ ταχέως αὐτὴν ἐξ ἀνθρώπων πεποίηκεν. εἶτα
 ἑλληθυδίας καὶ τῆς Κραλαίνης ἐκ Τριβαλλῶν ἐπὶ τὸ τῆς μητρὸς Β

πένθος διεκομίσθη τὸ λείψανον ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ ἐν τῇ
 τοῦ Παντοκράτορος ἐτέθη μονῆ. τὰ δὲ χρήματα αὐτῆς πάνυ τοι

15 πλεῖστα τυγχάνοντα, ἃ μὲν δέδωκε τοῖς παισὶν αὐτῆς, ἃ δὲ
 πρὸς βοήθειαν ἠγαλώκει τοῦ μεγίστου νεώ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας
 ὁ βασιλεὺς. ἤκουσε γὰρ παρὰ τῶν δοκίμων οἰκοδόμων, ὡς τῶ

μικροῦ χρόνου καμόντα συνίησιν τὰ δύο αὐτοῦ ἐπεπόνθεσαν μέρη,
 τό τε πρὸς ἄρκτους ὁρῶν καὶ ἔτι τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετραμμέ-

20 νον, ἃ δὴ πτώσιν ἀπειλοῦσι ταχεῖαν, εἰ μὴ συνεπιλάβοιτο τις. C
 ὄθεν χιλιάδας νομισμάτων οὐκ ὀλίγας τοῖς οἰκοδόμοις ὁ βασιλεὺς
 δεδωκὼς ἐκ τῶν τῆς δεσποίνης χρημάτων, ὡς ἔφημεν, τὰς ὁρω-

μένας ταύτας ἐκ βαθέων τῶν θεμελίων ἀνήγειρε πυραμίδας, δι' ὧν
 κράτιστα τὸν ἀπειλούμενον ἔστησε κίνδυνον. (B.) Ἄξιον δ' ἐν-

5. βασιλίδι A. 9. προσεδρίας A. 12. ἑλληθυδίας A., εἰληλ. W.

litteris prorsus alienus esset. Sero inde digressus adeo totus in litteris
 erat, quasi scholasticus esset, neque cum republica negotii quicquam habe-
 ret. Plura de hoc viro dicenda habebimus; sed in alium locum ea differenda
 sunt.

12. Per illud tempus Irene Imperatrix, cum diu ob quas diximus causas
 Thessalonicae commorata esset, ad oppidulum Dramam iter instituit: quod
 et prius facere solita erat recreandi animi causa, ubi eam longioris apud
 Thessalonicenses morae taedium cepisset. Quo cum pervenisset, haud multo
 post gravis eam febris invasit, et celeriter rebus humanis exemit. Deinde
 cum et Cralaena ipsa e Triballis ad matris exequias venisset, reliquiae eius
 Constantinopolin in Pantocratoris monasterium sunt relatae. Pecuniam vero
 ipsius, quae maxima erat, partim eius liberis dedit, partim ad sarcendum
 maximum Sanctae Sophiae templum Imperator contulit. Audierat enim ex
 peritis architectis, duas eius partes, septentrionalem et orientalem, vetu-
 state labascentes proximam ruinam minitari, nisi mature occurreretur. Quare
 idem Imperator multis, ut diximus, aureorum millibus de Imperatricis pec-
 unia datis per eas quas videmus pyramides, ex altis fundamentis eductas,
 periculum quod imminabat egregie propulsavit. (II.) Hoc loco declarandi

- A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. ταῦθα γενομένοις δηλῶσαι τὴν γνώμην, ὅποια τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς τοιούτοις. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων βασιλέων ὅποιοι θεῖους καὶ ἱεροὺς ἀνεγγερέκασιν οἴκους φιλοτιμία τινὶ πρὸς τοῦτον ἠγγερέθησαν τὸν σκοπὸν, καὶ ἦν οὐ πόρρω κενοδοξίας καὶ τύφου τινὸς ἢ τοι-
D αὐτῆ φιλοτιμία. ἔνθα δὲ τὰ τοιαῦτα ἐπιπολάζει, τὸ σεμνὸν ὑφαι-5
 ρεῖται πῶς τῆς πράξεως, καθάπερ μῆλον ὄραν ὑφαιρεῖται σκώληξ ἐφεδρεῦον. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος οὗτος πολλῶ βέλτιον κρίνας τοὺς προϋπάρξαντας βελτιοῦν τε καὶ συνιστᾶν κατὰ τὸ εἶδος καὶ
E τοὺς ἐπιόντας ἐκ τοῦ χρόνου κινδύνους μετὰ τῆς προσηκούσης βοηθείας τε καὶ σπουδῆς ἀποκρούεσθαι, ἢ τοὺς μὲν ἀφιέναι 10
 πίπτειν, φιλοτιμεῖσθαι δ' ἐκ βάθρων ἐγείρειν ἑτέρους, ἐν τούτῳ τὴν πᾶσαν ἐκένου σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν. ἐκεῖ μὲν γὰρ καὶ βα-
P. 170 σκανία τις ὑφέρπειν δοκεῖ, πείθουσα τῶν παλαιῶν τὰς οἰκοδομὰς καταπίπτειν ἕαν, ἵνα καὶ τῆς τῶν οἰκοδομησάντων μνήμης ὁμοῦ τοῖς οἰκοδομήμασι συναπορροεούσης καὶ συναποθνησκούσης μένη 15
 τὰ νέα συστήματα ἐν βαθείᾳ τῶν ἄλλων σιγῇ διατρανοῦντα τὴν μνήμην τοῦ ταῦτα συστήσαντος, καθάπερ οἱ νέοι βλαστοὶ τὴν τοῦ πρόσ γε τὸ παρὸν ἐπισιάντος ἔαρος χάριν καὶ δύναμιν. ἐν-
 ταῦθα δὲ λογισμὸς ἐμβριθῆς καὶ ἀδρόπελῆς τὰ σκῆπτρα τῆς κρίσεως
B καὶ τοῦ βήματος εἰληφῶς κάθηται, μήτε τι κίβδηλον ἐπαγόμενος 20
 φρόνημα, καὶ ἅμα ὑπὸ θεῶ μάρτυρι τοῦ συνειδότος μετεωρίζων τὰς πλάστιγγας. (Γ.) Διὰ ταῦτα τοίνυν τῶν πάλαι ναῶν ὁ βασιλεὺς ἐπεμέλετο συνιστᾶς τε καὶ ὑπερείδων, καὶ ταῦτα πολλῶ μείζονος τῆς τῶν χρημάτων δαπάνης αὐτῶν δεομένων, ἢ εἰ
 2. γὰρ om. A. 3. ἠγγερέθησαν] ὠρηθήθησαν A. 6. μῆλων A.
 7. καὶ οὗτος A. 12. Pro ἐκείνου Boiv. corr. ἐκένου.

occasio datur, quo animo in huiusmodi rebus fuerit. Nam caeteri quidem omnes Imperatores, qui sacrosanctas aedes extruxerunt, ad eam rem suscipiendam ambitione quadam impulsivi fuerunt. At isthaec ambitio parum abest a vanitate et superbia: quae vitia ubi eminent, honestam actionem dedecorant, velut insidens vermis pomum deformat. Andronicus vero Imperator satius esse arbitratus iam extractas meliorare ac tueri prout deceret, atque imminetia ex vetustate pericula convenientibus auxiliis et diligenti studio submovere, quam eas collabi sinere, et alias e fundamentis ad ostentationem extruere, omnem in id unum curam ac diligentiam conferebat. Etenim illic non deest livoris taciti suspicio, qui ruentia veterum aedificia negligi iubeat, ut simul cum iis monumentis evanescat ac deleatur memoria eorum, qui illa posuerunt; nova autem aedificia, aliis silentio alto obrutis permanentia, eius a quo extracta fuerint nomen praedictent; quemadmodum praesentis veris amoenitatem novi palmites declarant. Hic vero gravitate et constantia animus instructus veluti iudex pro tribunali sedet ac nullo affectu pravo corrumpitur; sed Deo ipso conscientiae suae teste aequam lancem suspendit. (III.) His igitur de causis Imperator vetera fana refici et fulciri curabat, quamvis ea res multo maiores sumptus postularet quam

νέους ἐγείρειν ἐβούλετο. καὶ ἵνα τὰ ἐν Ἀσίᾳ καὶ Εὐρώπῃ πολίχνια
 παραδραμῶν ὅσα τε ἐκαινούργησε καὶ ὅσα ἐκ βάθρων ἀνήγειρε
 μόνων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει μνησθῶμεν ἔργων, ὅποσα
 μέχρι καὶ ἐς τὴν τήμερον διὰ τῆς τοῦ τοιούτου βασιλείως συνί-
 5 A. C. 1282 ad 1328 Imp. Andron. Senioris.

σταται προμηθείας· ἔστιν ὁ περὶ τὰς πύλας τοῦ Εὐγενίου μέγισ-
 10 Cτος νεὸς τοῦ μεγάλου Παύλου· καὶ ἕτερος ὁ τῶν δώδεκα τοῦ
 Χριστοῦ μαθητῶν καὶ ἀποστόλων ὁμοῦ· καὶ τὰ τῆς Κωνσταντι-
 νουπόλεως τείχη ὅσα ἐκαινούργησε καὶ ὅσα ἐκ βάθρων ἀνήγειρε·
 καὶ τελευταῖον ὁ μέγιστος οὗτος καὶ περιβόητος τῆς τοῦ Θεοῦ

10 D Σοφίας νεὸς· ὃν δὴ καὶ ἔτι πλέον περιποιήσασθαι ἤθελε μὲν,
 ἀνέκοψε δ' αὐτοῦ τὰ τοιαῦτα σκέμματα ὁ καθάπερ λαίλαψ αἰφνί-
 διος ἐπελθὼν τῆς βασιλείας μερισμός τε καὶ σύγχυσις· περὶ ὧν
 λέξομεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. (Α.) Ἄλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέ-
 15 V. 139

δραμε. τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος δεύτερον ἔτος
 20 A. C. 1317 ἄγοντος ἐπὶ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου, κατὰ τὸ ἑξακισχιλιοστὸν

ὀκτακοσιοστὸν εἰκοστὸν πέμπτον δηλαδὴ τῆς τοῦ κόσμου συστά-
 25 Eσεως ἔτος, ἀπαρκτίου βιαίου πνεύσαντος συνέβη πεσεῖν τὸν ἐπὶ
 τῆς χειρὸς τοῦ ἐπὶ τοῦ κίονος ἀνδριάντος χαλκοῦν σταυρόν· τοῦ-
 τον δὴ λέγω τὸν ἐν τοῖς προαυλίοις τοῦ μεγίστου νεὸς τῆς τοῦ

20 F Θεοῦ Σοφίας ἱστάμενον. διὰ σπουδῆς τοίνυν ὅτι μεγίστης ἔθετο
 καὶ τοῦτον ἐπὶ τῆς προτέρας ἀναγαγεῖν στάσεως ὁ βασιλεύς. συ-
 χναῖς οὖν βαθμίσι ξυλίνοις ἐκ τῆς βάσεως τὸν κίονα πάντα περι-
 λαβὰν ἀναπέμπει μέχρι τοῦ ἀνδριάντος· δι' ὧν ἀνιόντες οἱ τῶν
 τοιούτων αὐτουργοὶ εὐρίσκουσι πάντα τὸν σίδηρον, ὅποσος ἐνθεν

3. μόνον Α. 15. $\overline{\text{σωκε}}^{\text{ον}}$ Α.

si nova extruere voluisset. Nos autem Asiae Europaeque oppidulis, quae
 instauravit et e fundamentis erexit, omissis solius Constantinopolis operum
 mentionem faciemus, quae in hunc usque diem cura eius consistunt. Sunt
 autem haec. Iuxta portam Eugenii maximum Pauli Magni templum; duo-
 decim Christi discipulorum seu omnium Apostolorum aedes; item Urbis moenia
 partim instaurata, partim de integro structa: denique maximum illud et cele-
 berrimum Sanctae Sophiae templum, cui ille maiorem adhuc curam impen-
 dere decreverat, cum Imperii divisio ac perturbatio, veluti tempestas quae-
 dam, repente supervenit ac eas cogitationes irritas reddidit: qua quidem
 de re infra dicturi sumus. (IV.) Verum illud paene me praeteriit. Cum
 Ioannes Glycys alterum annum in patriarchali solio sederet (qui annus ab
 orbe condito fuit sexies millesimus octingentesimus vigesimus quintus), ac-
 cidit, ut vehementi Borea spirante crux aenea e manu statuae supra colu-
 mnam positae (eam dico quae in vestibulo maximi Sanctae Sophiae templi
 erecta est) elaberetur. Eam quoque Imperator summa festinatione in pri-
 stinum locum reponendam curavit. Crebris videlicet gradibus ligneis colu-
 mnam ab infima basi totam circumplexus effecit, ut ad statuam usque
 perveniretur. Per eos gradus cum ii, qui eiusmodi operibus praesunt,

A. M. 6791 κακέϊθεν ὑπήρειδε τὸν τοῦ ἀνδριάντος ἵππον ἐς βάρους δαπανη-
 ad 6836 θέντα τῷ ἰῶ· ὡς κινδυνεύειν ἐντεῦθεν ὅσον οὐδέπω πεσόντων
 Imp. Andron. τῶν ἐρεισμάτων συγκαταπεσεῖν καὶ τὸν ἀνδριάντα καὶ τὸ κάλ-
 Senioris. λιστον ἀπολέσθαι τοῦτο θέημα τῆς βασιλευούσης, ὃ μόνον ἐξ
 P. 171 ὁμοίων καὶ ἰσοῤῥόπων μυρίων ἐλλέλειπται, διαφυγὸν τῶν τε 5
 πυρκαϊῶν τὰς ἐπιβουλὰς καὶ τὴν τῶν Λατίνων πλεονεξίαν· ἀνθ'
 ὦν ἕτερα βελτίω τε καὶ στεῤῥότερα ὑποστήσαντες ἐρείσματα τῷ
 τοῦ ἀνδριάντος ἵππῳ τὸ ἀσφαλές τε καὶ ἄσειστον ἐχαρίσαντο.
 ἔπειτα καταγαγόντες καὶ τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλικὸν σύμβολον
 καὶ ἔτι τὴν ἐν τῇ χειρὶ σφαῖραν βαθυτέρον περιήλασαν τὸν χρυσὸν 10
 καὶ τηλανγέστερα κατεσκεύασαν. εἶτα τὸν κίονα πάντα ἀνωθεν
 Βμέχρι τῆς βάσεως τετρασμένην τὴν ἐπιφάνειαν ἔχοντα ὑπὸ τῆς
 τῶν ἥλων ἐκβολῆς, οὓς ἅμα τῷ τὸν κίονα πάλαι καλύπτοντι
 χαλκῷ περιέσπασαν οἱ Λατῖνοι, λειοζονία στεῤῥῶ περιειλήφασιν καὶ
 τὰ χάσματα πάντα συνέσφιγξάν τε καὶ συνεκάλυψαν. (E.) Ἐγὼ 15
 δὲ οὐκ ἄξιον εἶναι κρίνας τὴν διὰ πολλῶν ἤδη τῶν χρόνων ἐπὶ
 τὸν ἀνδριάντα συμβῆσαν ἐφ' ἡμῶν ταύτην ἀνοδὸν περιῦδειν, καὶ
 μὴ συναναβᾶς τοῖς ἄλλοις οὕτω θαυμαστῆς ἀπολελανκέναι τῆς
 C θείας περιεργότερον, συνανῆλθον καὶ περιειργασάμην καὶ κατη-
 ριθμισάμην πάντα καθ' ἑν. καὶ τὸ μὲν τοῦ κίονος μῆκος ῥάδιον 20
 αἰὲν τυγχάνον τοῖς βουλομένοις ἐκ τῆς σκιας καταμετρεῖν ἄκαιρον
 ἐνομίσαμεν λέγειν ἐν τῷ παρόντι· ἃ δ' οὐκ ἔξεστιν οὐδέσι τῶν
 πάντων εἰπεῖν, ταῦθ' ἡμεῖς αὐτόπται γενόμενοι λέξομεν ἀκριβῶς.

11. τηλανγεστέραν W. 23. ἀκριβ.] Vid. cod. reg. 2523. fol. 266. BOIV.

ascendissent, omne ferrum, quo illius statue equus utrinque fulciebatur, rubigine prorsus consumptum esse animadvertunt: ut periculum proxime instaret, ne fulcris brevi collapsis statua ipsa simul collaberetur, ac pulcherrimum illud Imperatricis urbis spectaculum periret, quod unum ex infinitis eiusdem generis et aequalis magnitudinis operibus adhuc reliquum incendiorum pericula et Latinorum rapacitatem effugit. Melioribus igitur et firmioribus adminiculis suffulto equo tutam eam statuam atque immotam praestiterunt. Deinde Imperatorium etiam capitis insigne detractum, et globum, quem manus gestat, solidiore auro circumdederunt, et splendidiora effecerunt. Columnam item, quae tota a summo ad basin usque pertusam superficiem habebat, ob exemptos clavos, quos Latini una cum aere quo obiecta fuerat abstulerant, laevi et firmo tectorio induxerunt: et quae hiebant, omnia constrinxerunt et consolidarunt. (V.) Ego vero indignum ratus, cum post tot annos ad eam statuam liceret nostro tempore adire, oblatam occasionem ita a me negligi, ut nollem cum aliis ascendere, et admirabili illo spectaculo frui curiosius, ascendi ipse quoque, et omnia diligenter investigata singulatim enumeravi. Ac longitudinem columnae, quam facile quivis metiri ex umbra potest, recensere hoc loco supervacaneum esse duximus. Quae vero nemo omnium potest dicere, ea nos, qui ipsi vidimus,

ἔστι τοίνυν ἡ μὲν περιφέρεια τῆς τοῦ ἀνδριάντος κεφαλῆς ὄρ- A. C.
 γυιὰ μία εὐμήκους ἀνδρός. τοσοῦτον δ' ὁμοίως καὶ τὸ ἀπὸ τῶν 1282
 ὤμων αὐτοῦ μέχρις ἄκρου τοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλικῆς συμ- ad
 βόλου. τὸ δὲ μῆκος ἐκάστου δακτύλου τῶν τούτου χειρῶν σπιθα- 1328
 5 μαιῶν. τὸ δὲ μῆκος τῆς τοῦ ποδὸς αὐτοῦ βύσεως σπιθαμαὶ D
 τρεῖς καὶ δίτριτον, εἴτουν τέσσαρες παρὰ τρίτον μιᾶς σπιθαμῆς.
 τὸ δὲ μῆκος τοῦ ἐπὶ τῆς σφαίρας σταυροῦ σπιθαμαὶ τέτταρες·
 τὸ δὲ πλάτος σπιθαμαὶ τρεῖς. τῆς δὲ σφαίρας τὸ χῶρημα μέτρα
 πολιτικὰ τρία. τὸ δ' ἐκ τοῦ στήθους τοῦ ἵππου μέχρι τοῦ οὐραίου
 10 ὄργυιαι τρεῖς. ὁμοίως καὶ τὸ πάχος τοῦ τραχήλου αὐτοῦ ὄργυιαι
 τρεῖς ἔγγιστα. τὸ δ' ἐκ τοῦ ἄκρου τῆς ῥινὸς αὐτοῦ μέχρι τῶν E
 ὠτιῶν αὐτοῦ ὄργυιαι μία. τὸ δὲ τῆς κνήμης τοῦ ποδὸς αὐτοῦ πά-
 χος κατὰ περιφέρειαν σπιθαμαὶ πέντε. τὸ δὲ ἱμάτιον αὐτοῦ ἔστιν
 ἀστράσι σεσημασμένον καὶ ἔτι φύλλοις καὶ κλάδοις πεποικιλμένον
 15 καὶ ἀκριβῶς ἐξεικασμένον ἔστιν οἷς τῶν ἄνωθεν ἐκ Σηρικῆς κομι-
 ζομένων.

ιγ'. Ἐς δὲ τοῦπιὸν ἔτος ἄγεται τῷ ἐγγόνῳ ὁ βασιλεὺς Ἄνδρο- P. 172
 νίκῳ τῷ βασιλεῖ γυναικα Εἰρήνην τὴν ἐξ Ἀλαμανῶν, οὗς Γαλάτας V. 140
 ἔσπερίους οἶδεν ἢ πάλαι καλεῖν συνήθεια. καὶ μετὰ ταῦτα ἄπεισιν A. C. 1318
 20 ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἐς Θεσσαλονίκην μετὰ τῆς βασιλίδος Μαρίας
 τῆς συζύγου αὐτοῦ· ἔνθα δὴ καὶ τὸ πέρας μεθ' ὄλον ἐνιαυτὸν
 τοῦ παρόντος ἐδέξατο βίου. καίτοι προμεμαντευμένον ἦν ἀπιόντι
 αὐτῷ ἐκεῖσε θανεῖν καὶ ἐδειλία δι' αὐτό γε τοῦτ' ἀπελθεῖν.
 ὁμως ἀπῆλθεν διὰ τὰ Θετταλῶν καὶ Πελασγῶν πράγματα, ὅποσα B

14. τισὶ post ἀστράσι add. W., om. A. 17, τὸ ἐπιὸν A. 22. αὐ-
 τῷ ἀπιόντι A.

explicabimus accurate. Est igitur, quod ad hominis simulacrum pertinet, capitis circuitus orgyia una proceri viri. Tantundem etiam ab humeris eius usque ad summum apicem coronae Imperatoriae. Longitudo cuiusque digiti (manuum videlicet) unius spithamae est. Pedis planta, tres spithamas longa, unius spithamae besse plus; seu quatuor spithamas, unius triente minus. Longitudo crucis globo incumbentis spithamae quatuor; latitudo spithamae tres. Globi capacitas mensurae civiles tres. Ab equi pectore usque ad caudam orgyiae tres. Pariter crassitudo colli eius orgyiae tres fere. A summo naso usque ad aures eius orgyia una. Tibiae crassitudo sive ambitus, qua ad pedem accedit, est quinque spithamarum. Amictus vero eius stellis quibusdam insignitus, praetereaue foliis et ramis variatus, persimilis est nonnullis qui e Serum regione devecti huc descendunt.

13. Sequenti anno Imperator nepoti Andronico Imperatori uxorem despondet Irenen ex Alemanis oriundam, quos Galatas occiduos vocare antiquitas consuevit. Postea Michael Imperator cum coniuge Maria Imperatrice Thessalonicam proficiscitur; ubi anno integro exacto supremum diem obiit. Atque illic moriturum eum esse praedictum abeunti fuerat, timueratque ob eam ipsam causam illuc ire. Sed ob Thessalorum et Pelasgorum tumultus

A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.

ἀνερόρῳγει τῷ τρηκαῦτα, περὶ ὧν ἔροῦμεν αὐτίκα. ὃ δὲ τῆς μαν-
τείας τρόπος τοιοῦτος ἦν. (B.) Ἐν τῷ κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν
παλατίῳ εὐρέθη πρὸ τῶν πυλῶν ἀνωτέρω μικρὸν τῆς φλιᾶς τῆς
ἀνω γεγραμμένος κύκλος· καὶ περὶ τὸν κύκλον τέτταρα ζῶα γε-
γραμμένα, λέων, πάρδαλις, ἀλώπηξ καὶ λαγῶς· καὶ ἐπ' 5
αὐτοῖς χρησμός τις ἕμμετρος, ἀνιγματωδῶς πως ἐμφαίνων τε-
λευτὴν βασιλέως ἐνὸς τῶν Παλαιολόγων ἐν Θεσσαλονίκῃ τῇ
πόλει ἐπιδημηκότος. ἦν δὲ ὁ τοιοῦτος κύκλος τῆς γῆς ἀπέχων ἐς
ὑψος δυοῖν ἀνδρῶν μῆκος· ὡς ἀμφίβολον ἐντεῦθεν γίνεσθαι καὶ
οἶον ἄπιστον ἐν ὑποψία λαβεῖν ἀνθρώπον εἶναι τὸν γράψαντα, 10
καιρὸν οὐκ ἔχοντα θεῖναι τε κλίμακα καὶ ἅμα ἀνιόντα γράψαι
Μετὰ τῆς προσηκούσης σχολῆς, βασιλέως τε παρόντος καὶ ἅμα
συχῶν καὶ ἀναριθμητῶν ὄντων τῶν εἰσιόντων καὶ ἐξιόντων·
ὥστε μηδενὸς τῶν ἀνθρώπων ὄντος τοῦ γράψαντος χρεῶν ἀναμνη-
σθῆναι τῶν ἀνωτέρω πλατύτερον περὶ τῶν τοιούτων προειρημέ- 15
νων ἐμοί. (Γ.) Ἄλλ' ἐπὶ Θετταλίαν καὶ τὰ ἐκεῖ πράγματα ὁ
λόγος ἀγέσθω, ἵνα καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγέντες τῶν μειζόνων
καὶ βαρυτέρων ἀψώμεθα ὑποθέσεων. ἔφαμεν, ὡς ἡ Θετταλῶν
Ἐκαὶ Πελασγῶν ἀρχὴ ἐς Ἰωάννην ἔσχατον περιῆλθε τὸν Δοῦκαν·
ὃς νέος τε ὢν τὴν ἡλικίαν καὶ ἄλλως νοσώδης τὴν ἕξιν τοῦ σώ- 20
ματος καὶ ὄρων διὰ τοῦτο πλημμελῶς τὰ ἐκεῖ φερόμενα πρά-
γματα ἐδεδίει περὶ τῆς ἀρχῆς, μή τις τῶν ὑπ' αὐτῷ γε ἐνδόξων
νεωτερίσας τυραννικᾶς αὐτῆς ἐπιλάβηται. ὅθεν διαπρεσβευσά-
P. 173 μενος ἄγεται ἑαυτῷ γυναικα Εἰρήνην, τὴν νόθην Ἀνδρονίκου τοῦ

illa tempestate subito exortos, de quibus nos statim dicemus, eo profectus est. Oraculum autem huiusmodi fuit. (II.) In Adrianopolitano palatio ante fores, paulo supra limen superius, circulus descriptus inventus est, et in eius circuli ambitu quatuor animalia depicta, leo, pardalis, vulpes, lepus: et supra ea oraculum versibus comprehensum, quo obscure significabatur, Imperatorem quendam e Palaeologorum familia, ubi Thessalonicam venisset, obituro esse. Is circulus duorum virorum mensura sursum a terra distabat, ut suspicari non liceret, sed absurdum et quasi incredibile esset, ab homine depictum esse, cui opportunum tempus defuisset ad scalas applicandas et ad ascendendum, nedum satis otii ad pingendum fuisset, cum et Imperator adesset, et homines innumeri crebro ingrederentur et egrederentur. Proinde cum nemo mortalium haec pinxerit, ad illa recurendum est, quae supra de huiusmodi rebus copiosius exposuimus. (III.) Sed ad Thessaliam et res ibi gestas convertatur oratio, ut illis quoque explicatis ad maiora et graviora commemoranda accedamus. Thessalorum et Pelasgorum principatum in Ioanne Duca desiisse diximus: qui et iuvenili aetate et corpore morbidum cum esset, et iis de causis res ibi perperam geri videret, timebat, ne eorum qui inter subditos maxime eminebant aliquis res novas moliretur, ac summam potestatem tyrannice usurparet. Quamobrem legatis ad Imperatorem Andronicum missis notham eius filiam Irenem uxorem

βασιλέως θυγατέρα. ἀλλὰ τρεῖς μόνους αὐτῇ συνοικήσας ἐνιαυ-
 τοὺς ἅπαις ἀπολείπει τὸν βίον· ὡς ἐντεῦθεν ἀδιαδόχου τῆς ἀρχῆς
 καταλειπομένης ἐκείνης διεῖρόηχθαι τὰς ἐκεῖ χώρας καὶ πόλεις· καὶ
 τὰς μὲν προσρῆναι τῷ βασιλεῖ μετὰ τῆς εἰρημένης αὐτοῦ θυγα-
 5 τρός· τὰς δ' ὑποκύψαι τισὶ τῶν ἐνδόξων τῆς χώρας· τὰς δὲ
 τοῖς ἐκ Βοιωτίας τηρικαῦτα ἐπιδραμοῦσι Κατελάνοις δουλεῦσαι. B
 τότε τοίνυν καὶ συγκαὶ παρὰ τῆς θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου γραφαὶ V. 141
 πρὸς Θετταλοὺς καὶ Φθιώτας καὶ Πελασγοὺς ἀπεστάλησαν παραι-
 νέσεις τε ἔχουσαι καὶ ἅμα φρικώδη τὰ ἐπιτίμια κατὰ τῶν μὴ βου-
 10 λομένων ὑπέκειν τῷ βασιλεῖ καὶ εἶναι μία τις Ῥωμαίων ἀρχὴ σὺν
 τοῖς ἄλλοις, ὡς ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις. ἀλλ' ἤνυσαν τῶν φθα-
 σάντων πλέον οὐδέν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

12. A verb. ἀλλὰ ταῦτα incipit Lib. VIII, in codd. A. et V.

duxit. Sed triennio tantum cum ea exacto nullis liberis superstitibus de-
 cessit. Cum itaque Imperii Thessalici possessio deficiente successore va-
 cua remansisset, distractae sunt provinciae et urbes illius regionis; quarum
 aliae Imperatori cesserunt una cum filia superius memorata; aliae indigenis qui-
 busdam nobilibus se submiserunt; aliae denique Catalanis e Boeotia per illud
 tempus incursantibus servierunt. Tum igitur crebrae a sacrosancta Synodo
 litterae ad Thessalos, Phthiotas et Pelasgos missae sunt, quae et illos of-
 ficii monerent, et iis qui Imperatori parere, atque ut caeteri cum Romano
 Imperio (quemadmodum olim receptum fuisset) coniungere se detrectarent,
 graves poenas minitarentur. Verum nihilo magis illae profecerunt quam
 quae praecesserant. Atque haec ad hunc modum se habuerunt.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Η.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER OCTAVUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

Περὶ τῶν αἰτίων τῆς τῶν βασιλέων διαστάσεως. Θάνατος τοῦ βασιλέως Μιχαήλ. Περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους στάσεως τῶν Γεννοϊτῶν Λατίνων. Παραίτησις τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου. Περὶ τοῦ πατριάρχου Γερασίμου. Περὶ τοῦ Κωνσταντίνου τοῦ δεσπότη. Περὶ τῶν δευτέρων αἰτίων τῆς τῶν βασιλέων διαστάσεως. Περὶ τῶν τρίτων αἰτίων. Περὶ τοῦ Συργιάνου καὶ ὅπως συνήχησεν εἰς τὴν τοῦ βασιλέως φυγὴν. Περὶ τοῦ χρομετίσαντος ἵππου τοῦ ἁγίου Γεωργίου ἐν τῷ παλατίῳ. Παραμυθητικοὶ λόγοι πρὸς τὸν μέγαν λογοθέτην. Συμβουλή τοῦ συγγραφέως πρὸς τὸν μέγαν λογοθέτην. Ἐλεγχος καὶ δοκιμασία τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν βασιλέα τὸν ἔγγονον αὐτοῦ. Περὶ τῆς φυγῆς τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου. Διήγησις πλατυτέρα περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων. Περὶ τῶν ὄρων τῶν μετὰ τὴν διάστασιν. Πρεσβεία τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν νέον βασιλέα. Σπονδαὶ καὶ συμφωνίαι πρῶται τῶν βασιλέων. Διήγησις τοῦ συγγραφέως περὶ τῶν κατ' αὐτόν. Ἐγκώμιον τοῦ συγγραφέως εἰς τὸν βασιλέα. Περὶ θανατοποιῶν τινῶν καὶ τῶν ἔργων αὐτῶν. Περὶ τῆς τοῦ Συργιάνου φυγῆς ἐκ τοῦ νέου βασιλέως. Περὶ τῆς δευτέρας μάχης τῶν βασιλέων. Περὶ τῆς καθείρξεως τῆς δεσποίνης τῆς μητρὸς τοῦ νέου βασιλέως. Περὶ τῶν ποικίλων καὶ φρονίμων ἐπινοιῶν τοῦ νέου βασιλέως. Περὶ τῆς κατασχέσεως Κωνσταντίνου τοῦ δεσπότη καὶ τῆς περὶ αὐτοῦ φιλανθρωπίας τοῦ νέου βασιλέως. Περὶ τῶν δευτέρων σπονδῶν τῶν βασιλέων. Περὶ τοῦ πατριάρχου Ἡσαΐου. Περὶ τῆς καθείρξεως τοῦ Συργιάνου. Συμβουλευτικὸς περὶ τῆς τοῦ πάσχα διορθώσεως. Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως στεφροφορίας. Περὶ τῆς τοῦ Κράλη συμπενθερίας. Περὶ τῆς πρὸς τὸν Κράλην πρεσβείας καὶ διήγησις τῶν κατὰ τὴν ὁδόν. Περὶ τοῦ βαρβαρικοῦ βέλους τοῦ τρώσαντος τὸν πόδα τοῦ βασιλέως. Περὶ τῶν Μανιχαίων τῶν προσελθόντων τῇ ὀρθοδόξῳ ἐκκλησίᾳ. Περὶ τῶν πρὸ τῆς ἀλώσεως τῆς βασιλευούσης γεγονότων σημείων.

ARGUMENTUM BOIVINI.

Michaëlis Imperatoris filiae duae. Quos maritos habuerint. Eiusdem filii duo. Avus Andronicum caeteris omnibus praefert. Eum apud se educat. Andronici iunioris mores, consilia, ambitio. Meretricem amat. Rivali insidias struit. Manuel frater pro rivali occiditur. Patris tristitia, morbus, obitus. Avi moeror. De urbe Genua. Ubi sita. Guelphorum et Gibellinorum factiones. Earum propagatio. Cralaena ad maritum redire cunctatur. Cralis minae. Mulier ad virum redire iussa cucullum induit. Constantinus frater cucullo discisso Triballis abducendam tradit (Cap. 1). Glycys patriarcha morbo ingravescente in monasterium secedit: minime avarus, adeoque parum dives. Gregoram arcessit, cui ultimam voluntatem dictet. Patriarchae testamentum. Luculentior narratio ab auctore indicata. Gerasimus monachus, vir simplex et indoctus, Glyci subrogatur. Quales patriarchae Imperatoribus placeant (2). Constantini Despotae mater. Prima uxor. Filius ex ancilla susceptus, nomine Catharus. Cur a patre neglectus. Eudociae Palaeologinae elogium. Ut Constantino Despotae nupserit. Catharus nothus apud seniore[m] Imperatorem potens et gratiosus. Iunioris Andronici indignatio. Irarum causa iustior, populus inusitato sacramento adactus. Syrgiannes custos nepoti additus ab avo (3). Syrgiannis genus, institutio, virtutes. Provinciae praefectus omnium animos sibi devincit. Mira hominis solertia. Perfidus et foedifragus populos finitimos vexat. Provinciam ademptam ut recuperaverit. Pincernae dignitate ornatur. Rebellat. Comprehenditur. In carcerem coniectus precibus matris restituitur. Iurat se fidelem fore. Iunioris Imperatoris consilia iubetur explorare. Senioris consilia iuniori aperit. Oratio, qua istum hortatur ad defectionem. Pactiones et iuramenta. Coniurationis socii tres. Syrgiannes et Cantacuzenus, corruptis aulae primoribus, provincias Thraciae administrandas obtinent. Variis artibus viam defectioni muniunt (4). Avus nepotem iudicio publico reum agere constituit. Metochita differendum censet, donec geniales dies effluerint. Equi picti hinnitus. Metochita de ea re consultus in Chorae monasterio. Eius responsum. Verior interpretatio. Byzantis columna dies complures agitata. Imperatoris et Metochitae arcanum colloquium. Libri fatidici. Sortes. Sinistra auguria. Metochitae stupor et silentium. Uxoris et liberorum anxietas. Filiae Panhypersebastae elogium. Eiusdem verba. Metochita oratione filiae excitatus lamentatur. Magnam cladem praedicit. Iterum silet. Recumbit. Eius merita erga Gregoram. Ipsius Gregorae officia erga Metochitam et eius liberos. Oratio, qua eum afflictum solatur (5). Imperator pontifices convocat. Nepotem arcessit. Nepos armatus armatos secum adducit. Paterna obiurgatio. Iusiurandum ultro citroque praestitum. Coniuratorum querelae. Andronicus iunior pro illis intercedit apud Logothetam. Graviter increpatur. Redit ad priora consilia. Avi indignantis exclamatio. Anxietas. Deliberatio de nepote comprehendendo. Patriarcha commissum sibi arcanum prodit. Nepotis fuga. Providentia Dei. Vires Romanae adversus Turcos infirmae. Vectigalia aucta, ut pax auro redimeretur. Publicanorum aviditas. Fisci opulentia, in quos usus reservata. Indulgens Dei severitas. Vicinorum principum obitus. Mors patriarchae. Poenae factiosis ab Ecclesia indictae. Populus novo sacramento adactus. Thraces oblata immunitate allecti iuniorem sequuntur. In publicanos saeviunt. Constantinopolin expugnatum eunt. Legati ab avo ad nepotem missi. Syrgiannes matris precibus mollitur. Pacta inter avum et nepotem (6). Gregoras Andronici senioris familiaritatem expetit: philosophiam et astronomiam iam tum a Logotheta edoctus. Qualem hunc initio expertus fuerit. Oratio, qua hortatus est, ut philosophiae et astronomiae praecepta plenius sibi traderet. Quantum ea ora-

tio apud Logothetam valuerit (7). Aula studiis bonarum artium floret sub Andronico seniore. Idcirco huius familiaritas a Gregora expeditur. De usu cum doctrina coniungendo. Gregoras benigne ab Imperatore exceptus. Orationem apud illum habet. Duas id eo virtutes, sapientiam et eloquentiam, laudat. Panegyricum voto concludit (8). Senioris Andronici benevolentia erga Gregoram: unde quorundam invidia et indignatio. Chartophylacis dignitas eidem oblata. Cur eam repudiaverit. Oratio, quam de ea re coram Imperatore habuit. Repudianti vis paene illata (9). Funambuli aliique Aegyptii circulatores, multis regionibus pererratis, Byzantium veniunt. Mira spectacula ab iis exhibita. Eae artes ut quaestuosae, ita etiam exitiosae artificibus. Byzantio egressi Europam pervagantur. Gades usque penetrant. Turci classibus tunc primum constructis maria et terras infestant. Fiscii inopia (10). Syrgianes ab Andronico iunior neglectis clam cum seniore agit. Mutatae sententiae speciosam causam affert. Seniori optatissimus, fide data et accepta Byzantium ingreditur. Eius rei nuncio quinam laetati sint. Iunior prope Urbem castra ponit. Audita Syrgiannis excursionem territus fugit. Constantinus Despotas Thessalonicam proficiscitur sinistris ominibus. Iunioris Imperatoris matrem Byzantium missa, exercitum per Christopolitanas angustias traducit. Iunior Synadenum Syrgianni opponit. Despotam edictis terret. Rumores spargit de avi nece. Despotas Thessalonicam se recipit. Cives factiosos comprehendere iubetur. Seditione ab iis excitata cogitur cucullum induere. Iuniori Andronico traditus vix mortem effugit. Didymotichi in teterrimum carcerem coniicitur. Inde tandem in alium tolerabiliorem transfertur. Senior, consulto Psalterio, pacem spectat. Iunior, pacis et ipse cupidus, cum matre deliberat. Imperatorum colloquium et reconciliatio. Iunioris mater et amita ubinam inter haec diversatae sint (11). Esaias, vir simplex et indoctus: multorum criminum accusatus: favente Imperatore creatur patriarcha. Favoris iniusti merces. Esaias opera Philanthropeni in pristinum gratiae locum restituitur. Huius elogium. Turci Philadelphiam obsident. Audito Philanthropeni adventu arma ultro abiiciunt. Cur illum reveriti. Maxima frumenti copia in urbem liberatam invecta. Syrgiannes Imperatorum concordia minime laetus. Asanis Andronici fidem tentat. Ab eo apud Imperatorem delatus in carcerem coniicitur. Omnibus bonis mulctatur (12). Disputatio de paschate ut primum in palatio nata sit. Eam Gregoras cupide amplexus; favente Imperatore; refragantibus frustra adversariis. Exponit sententiam suam de die paschali constituendo. Imperator consilium probat. Rem aggredi metuit (13). Iunior Andronicus coronatur. Senior equo deiectus; sinistrum omen. Panhypersebastus Cralis socer. Generi armis adiutus rebellat. Oblata Caesaris dignitate contentus arma ponit. Moritur. Legatio de eius uxore Byzantium reducenda. Gregoras legatus cum aliis missus. Quae sibi et sociis suis in itinere acciderint, narrat. Scythicae incursionis fama. De Strymone fluvio, ut eum legati traiecerint. Errores, pericula et alii casus. De Strummitza oppidulo. Pascha ab oppidanis ritu barbaro celebratum. Scopiorum situs. De Axio flumine. Caesarissa a legatis convenitur. Eius mulieris moeror et habitus miserabilis. Cralis, audita legatione, Caesarissam dimittit. Abeuntem prosequitur, non satis splendide. Barbarorum mores notati. Caesarissa Thessalonicam abit, ut viro iusta persolvat. Gregoras, acceptis ab ea mundatis, Byzantium revertitur (14). Andronicus iunior, mortua Irene Alemana, Annam Longobardam uxorem ducit. Cum Turcis naufragis in Chersoneso pugnans vulneratur. Bithyniae magna pars a Turcis subacta. Manichaei aliquot insignes, abiuratis erroribus suis, baptizantur. Ostenta ac prodigia, futuram imperii calamitatem portententia (15).

α'. Ἐπεὶ δὲ μείζονων καὶ καινοτέρων ὑποθέσεων ἄρχεσθαι μέλ-
 λομεν, ἀναγκαῖον ἀναλαμβάνοντας τὸν λόγον εἰρημὸν τινα καὶ τάξιν
 τῇ πολυπλόκῳ σειρᾷ χορηγεῖν τῶν πραγμάτων, ὡς ἂν μὴ ἀσα-
 φῆς ὁ λόγος ἐπὶ τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς παροδεύων ἀηδῆς
 5 φαίνεται καὶ ἀποκναίων ἐπιεικῶς. τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ παῖδες ἐκ
 Μαρίας τῆς ἐξ Ἀρμενίων ἐληλυθυίας αὐτῷ γυναικὸς ἐγένοντο
 10 θήλειαι μὲν δύο, Ἄννα καὶ Θεοδώρα· ὧν ἡ μὲν Ἄννα ἀπιοῦσα
 συνεζύγη Θωμᾷ, τῷ Ἡπείρου καὶ Αἰτωλίας ἄρχοντι· ἣν ἔσχε μετὰ
 ταῦτα φρονεύσας Θωμᾶν ὁ ἐκείνου ἀδελφιδοῦς κόντος· ἡ δὲ Θεο-
 15 δώρα ἀπιοῦσα συνεζύγη Σφενδοσθλάβῳ, τῷ τῶν Βουλγάρων
 ἄρχοντι. θυγατέρες μὲν οὖν δύο αὐταὶ τῷ βασιλεῖ γεγένηται
 Μιχαὴλ· ἄρρενες δ' ὁμοίως δύο, Ἀνδρόνικός τε ὁ βασιλεὺς καὶ
 Μανουὴλ ὁ δεσπότης. τὸν μὲντοι Ἀνδρόνικον τοσοῦτον ἐκθύμως
 ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος καὶ πάππος ἠγάπα καὶ οὕτω τῆς θεᾶς ἀ-
 20 τοῦ γε ἐξήρητο, ὥστε πάντας πρωτογενεῖς τε καὶ ὑστερογενεῖς
 υἱοὺς καὶ θυγατέρας καὶ ἐγγόνους ἐν δευτέρῃ καὶ τρίτῃ σχέσεως
 τίθεσθαι μοῖρα καὶ πάντας εἰ δέοι ῥαδίως ἔτοιμος εἶναι προσέσθαι
 δι' ἓνα γε τοῦτον· τοῦτο μὲν καὶ διὰ τὴν τῆς βασιλείας μονιμω-
 τέραν διαδοχὴν, τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὴν εὐφροσύνην τῆς γνώμης, τοῦτο
 25 δὲ καὶ διὰ τὸ τῆς ὕψεως κάλλος· ἴσως δὲ καὶ διὰ τὴν ὁμωνυμίαν·
 ὥστε δι' αὐτὰ γε ταῦτα καὶ παρ' ἑαυτῷ τρέφειν ἔκρινε δεῖν ἐν
 παιδείᾳ βασιλικῇ καὶ ἅμα τῇ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν αὐτοῦ

A. M.
 6791
 ad
 6836
 A. C.
 1282
 ad
 1328
 Imp. Andron.
 Senioris.

C
 P. 174

1. μείζ. καὶ add. A. 3. ἀσφαλῆς W. 6. Ἀρμενίων A., Ἀρμε-
 νίας W. 9. Θωμᾶς W.

1. Quoniam autem maiora deinceps et recentiora exposituri sumus, necesse est repetita altius narratione multiplicem rerum contextum serie et ordine aliquo digerere, ne oratio ad auditorum animos obscura perveniens ingrata ac salebrosa merito videatur. Michaël Imperator ex Maria uxore, quae Armena erat, duas puellas suscepit, Annam et Theodoram. Anna Thomae Epiri et Aetoliae principi nuptum data est; quam Comes avunculo suo Thoma occiso postea uxorem duxit. Theodora Venceslao nupsit, Bulgarorum principi. Hae inquam filiae duae Michaëli Imperatori ex uxore natae sunt. Idem etiam filios duos habuit ex eadem susceptos, Andronicum Imperatorem et Manuelem Despotam. Ex his Andronicum nepotem tanto amore prosequutus est Imperator Andronicus, ita eius aspectu gavisus, ut caeteris omnibus seu maioribus seu minoribus nati filiis, filiabus, nepotibusque secundum ab illo et tertium dignitatis gradum assignaret, et unius huius servandi gratia, si necesse foret, aliorum omnium iacturam facere paratus esset; tum ob Imperii successionem, quae per hunc firmior ac diuturnior futura videbatur; tum propter ingenii praestantiam; tum propter oris venustatem; forsitan et ob similitudinem nominis. Quibus de causis cum apud se regia disciplina instituendum esse censuit, eiusque conspectu noctu atque interdium sese oblectare et exhilarare

A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. V. 142

διηνεκῶς θεωρία τρυφῶν καὶ ἀγάλλεσθαι. (B.) Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς τὸν ἔφηβον ἦκεν ὁ νέος Ἀνδρόνικος, ἐν ᾧ τῆς ἡλικίας ἀκμαιότερον αἰ ἡδοναὶ κατὰ τῆς φύσεως ἐπανίστανται καὶ ζητοῦσιν ἕλεν-θερίαν μηδὲν ἐπιφερομένην κεκολασμένον, καὶ μάλιστα ἐν ἀξίᾳ βασιλικῇ καὶ ἀνθούσῃ νεότητι, τότε δὴ πολλὴ τοῖς ἡλικιώταις 5

Δὴν ἕξουσία πάντα κατ' ἔφεσιν ὑψηγεῖσθαι, ὅποσα νεωτερίζουσι γνῶμαι τῇ βουλήσει πάντα παραμετρούμεναι καὶ ὄλους χαλινούς αἰδοῦς ἀποπτύουσαι, καὶ πρῶτα μὲν ἤρξαντο παρεξάγειν αὐτὸν ἐς περιπάτους καὶ θέατρα καὶ κνηγέσια· ἔπειτα ἐς νυκτερινὰς περιπλανήσεις οὐ πᾶν τοι βασιλεῦσιν ἀρμοττούσας. αὐταὶ δὲ 10

Ἐβασιλέως καὶ πάππου σταθμοῖς καὶ μέτροις οὐ πολὺ τὸ μεγαλοπρεπές τε καὶ φιλότιμον ἐπισυρομένοις τὴν ἡμερησίαν αὐτῷ χορηγοῦντος τροφῆν. ἐντεῦθεν φίλται πρὸς Λατίνων ἔστιν οὗς τῶν ἐν τοῖς Γαλάτου τὴν οἴκησιν κεκτημένων καὶ μάλιστα ὅσοι πλοῦτῳ 15

κομῶντες ἦσαν μακρῷ· ἐντεῦθεν δάνεια καὶ ὀφειλαὶ καὶ ζητήσεις χρημάτων· ἐντεῦθεν βουλαὶ καὶ μελέται λαθραίας φυγῆς. ὁρῶντι

Ἐγὰρ τὸν πάππον Ἀνδρόνικον μακρὸν ἐπὶ τῆς ἡγεμονίας παρατείνοντα τὸν χρόνον καὶ μετ' ἐκεῖνον ἔφεδρον τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα Μιχαῆλ τὸν βασιλέα, ἀπογινωσκομένην 20

ἤδη καὶ ἀνέλπιστον ἑαυτῷ τὴν αὐτοκρατορίαν ἐπῆει νομίζειν. ὅθεν τὸ περὶ τὴν φιλαρχίαν λίχνον τῶν λογισμῶν μικροψυχία τις οὐ μάλα ἀγενής ἐφ' ἱκανὸν ἐπιβοσκομένη πρὸς τοιαύτας ἐξοκέλ-

19. τὸν add. A.

statuit. (II.) Postquam autem Andronicus iunior adolescentiae limen ingressus est, quo tempore voluptatum ardor maximus existit et naturam corrumpit, cum illae licentiam omnis castigationis et modestiae inimicam quaerunt, in regia praesertim potestate et flore adolescentiae; tum eius aequalibus facillimum fuit praeire illi quocumque vellent, et ea omnia ipsi suggerere, quae iuveniles animi excogitant, nihil non ad libidinem referre, nullum pudoris fraenum soliti admittere. Ac primum ad deambulationes, ad spectacula, ad venationes educere illum coeperunt: deinde ad nocturnas vagationes, non satis dignas Imperio. Quae res cum magnos sumptus postulerent, et ii sumptus non facile fierent, eo quod avus idemque Imperator quotidianum ei victum sic appendebat et admetiebatur, ut ad magnificentiam et splendorem nequaquam ipsi satis foret; in amicitiam Latinorum quorundam, praesertim opulentiorum, qui Galatae habitabant, sese insinuat. Inde foenora, aes alienum, conquisitio pecuniarum: inde consilia et conatus clandestinae fugae. Nam cum avum Andronicum diu rerum potiri, eoque defuncto summam potestatem ad patrem suum Michaëlem deventuram esse cerneret, nullam iam adipiscendi Imperii superesse sibi spem putabat. Itaque animus eius regnandi avidus, impatientia quadam non omnino ignobili longo tempore vexatus, ad eas tandem cogitationes prola-

λειν ἠγάγαζε τὰς μελέτας. μηδὲ γὰρ θέλων ὑπὸ τῷ πάππῳ καὶ
 βασιλεῖ καθάπερ ὑπὸ παιδαγωγῶν παιδοκομεῖσθαι καὶ ἄλλων λα-
 τρεύειν βουλήμασιν ὡσπερ παιδίον αἰεὶ, αὐτονομίαν ἐζητεῖ βασι-
 λικὴν καὶ ἀφθονίαν πραγμάτων, ὥστε ἐαυτῷ τε ἔχειν τὸ διαρκές
 5 καὶ ἄλλοις οἷα βασιλεὺς ὑπηκόοις χαρίζεσθαι. ἐπεὶ δ' ἀδύνατον
 ἔβλεπεν εἶναι τοῦτο ζῶντος τοῦ πάππου καὶ τοῦ πατρὸς ἐνταυθοῖ
 καθημένου, πρὸς ἐτέρας ἐσκόπει χωρῶν ἐπικρατείας· καὶ νῦν
 μὲν Ἀρμενίαν ὠνειροπόλει ἅτ' ἐκ μητρὸς αὐτῷ προσήκουσαν, B
 νῦν δὲ Πελοπόννησον, νῦν δὲ Λέσβον καὶ Αἴημον καὶ ὅσαι τὸ
 10 πολὺ τοῦ Αἰγαίου πληροῦσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ἀκοὰς ἦει
 λάθρα νῦν μὲν τοῦ πατρὸς, νῦν δὲ τοῦ πάππου. ὅθεν καὶ λάθρα
 νῦν μὲν ὑπ' αὐτοῦ, νῦν δ' ὑπ' ἐκείνου διεκόπτετο. (Γ.) Καὶ ἵνα
 σιωπῇ παραδράμῳ τὰ πλεῖστα, νύκτωρ ἐκόμαζε πρὸς γυναῖκά
 τινα γένει μὲν τῶν οὐκ ἀσήμων, τὸν δὲ τρόπον ἑταίραν. ταύτης C
 15 ἔραστῆς ἦν καὶ ἐρώμενος καὶ Ἄδωνις ἄλλος τῶν ἐν ἡλικίᾳ τις καὶ
 ὦρα διαπρέπων· δι' ὃν καὶ ζηλοτυπία τις πυρπολοῦσα τὴν Ἀν-
 δρονίκου τοῦ βασιλέως ψυχὴν τοξότας καὶ ξιφηφόρους ἠγάγαζε
 προλοχίξειν περὶ τὴν τῆς εταιρίδος οἰκίαν. ἐν μὲν τοίνυν περὶ μέ-
 σασ που νύκτας τὸν βασιλέα ζητῶν ὁ ἀδελφὸς καὶ δεσπότης ἔτυχεν
 20 ἀπὸ ταῦτομάτου συμβᾶν οὕτωςι παριέναι περὶ τὴν τῆς εταιρίδος D
 οἰκίαν. ὃν οἱ τοῦ βασιλέως σκοποὶ θεασάμενοι σπουδῆ προσελαύ-
 νοντα καὶ μὴ γνόντες διὰ τὸ σκότος ὕστις εἴη, ἀλλὰ τὸν τῆς εται-
 ρίδος ὑποτοπιάσαντες εἶναι ἐρώμενον, συχνὰ κατ' αὐτοῦ ῥίπτουσι

7. χώρων A. 15. ἐν ἡλικ. καὶ ὦρα διαπρέπων τις A. 21. οἱ
 περὶ τὸν βασιλέα A.

psus est. Quum enim avo Imperatori tanquam paedagogparo ere, et alio-
 rum voluntatibus semper servire instar pueri nollet, Imperatoriam auctori-
 tatem et magnas opes requirebat: ut et ipse quod satis esset haberet: et
 aliis ut Imperator subditis gratificari posset. Quod cum vivo avo et patre
 illic residente non licere cerneret, aliarum provinciarum dominatum ambie-
 bat; et nunc Armeniam matris causa ad se pertinentem, nunc Peloponnesum,
 nunc Lesbum et Lemnum caeterasque maris Aegaei insulas somniabat. Quae
 cum clanculum modo ad patrem, modo ad avum deferrentur, nunc ab hoc,
 nunc ab illo clam impediabantur. (III.) Et ut plurima silentio transeam, no-
 ctu ad mulierem non sane ignobili familia ortam, meretriciis vero praeditam
 moribus, comessatum ibat. Eius porro amator erat et amasius et Adonis
 alter quidam aetatis flore et formae pulchritudine conspicuus. Unde Im-
 perator Andronicus, inflammante animum zelotypia, homines sagittis et gla-
 diis armatos circa meretriculae aedes cogebat excubare. Semel autem for-
 tuito casu accidit, ut circa mediam fere noctem Manuel Despota, fratrem
 Imperatorem quaerens, iuxta meretricis domum transiret. Quem cum Im-
 peratorii speculatores properare ad se cernerent, nec quis esset per tene-
 bras cognoscerent, mulierculae amasium esse rati crebris telis impetunt.

- A. M. 6791 ad 6836 βέλη. καὶ μὲν δὴ καιρίαν ἐκεῖνος δεξάμενος πίπτει τοῦ ἵππου· κάπειτα συνδραμόντες καὶ γνόντες ὅστις εἴη φοράδην ἐς τὰ βασι-
 λεια φέρουσι ζῶντα καὶ μάλα μόλις. τοῦτο μεθ' ἡμέραν γνωσθὲν
 Imp. Andron. τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ μεγάλας ἐνέσπειρε καὶ σφοδρὰς τὰς ἀνίας
 Senioris. Εὐὸ μόνον πρὸς τὸ παρὸν ἀφορῶντι, ἀλλὰ καὶ τοῦ μέλλοντος εὐ-5
 συνέτως στοχαζομένῳ. ἐπεὶ γε μὴν τοῦ δεσπότου Μανουὴλ ἐκ
 V. 143 τῆς τοιαύτης θανάτου πληγῆς καὶ ἐς τὸν βασιλέα Μιχαὴλ ἐν
 Θεσσαλονίκῃ διατρέβοντα ἤκεν ἡ φήμη, τί χρὴ λέγειν; τοσοῦτο
 γὰρ δραστηκώτερον βέλους παντὸς ἐπεπράχει περὶ τὴν ἐκείνου καρ-
 Φδίαν τὸ τραῦμα, ὥστε κατασεισθέντι καὶ βαπτισθέντι συχνοῖς 10
 τοῖς τοῦ πάθους λογισμοῖς νόσος ἐνσκήπτει δεινὴ, ἣ δὴ καὶ μετ'
 A. C. 1320 οὐ πολὺ τοῦτον ἐξάγει βίον. τῷ μέντοι γηραιῷ βασιλεῖ Ἀνδρον-
 νικῷ τοσοῦτοι χειμῶνες ἐντεῦθεν καὶ κλύδωνες ἀνεβρόχθησαν λο-
 γισμῶν καὶ τοσοῦτοι θόρυβοι τὰ αὐτοῦ συνεκύκησαν πράγματα,
 ὥστ' οὐκ ἔχομεν ταῦτ' ἀνενεγκεῖν πρὸς οὐδὲν τῶν φθασάντων 15
 P. 176 παρόδειγμα. προϊόντες δ' ἔροῦμεν αὐτά. (A.) Ἐν τούτῳ τῷ
 χρόνῳ συνέβη γενέσθαι στάσιν τινὰ καὶ θόρυβον οὐ μικρὸν τοῖς
 τῆς Γεννοῦας οἰκήτορσιν. ἔστι δ' ἡ Γεννοῦα πόλις παράλιος τῶν
 ἐν Ἰταλίᾳ δυτικωτέρα, μεταξὺ Τυρρῶνων τε κειμένη καὶ Ἀλπεων.
 ὠκίσθη δ' ἀρχῆθεν ὑπὸ δυοῖν γενοῖν τῶν τε Γέλφων καλουμένων 20
 καὶ Γεμπιλίνων. καὶ ἦν μὲν ἄχρη πλείστων τῶν χρόνων ἐνδοξό-
 τερόν τε καὶ τὰς ἀρχαιεσίας ἐξ ἑαυτοῦ ποιούμενον τὸ τῶν Γεμπι-
 Βλίνων. ἔπειτα ὀστράκου μεταπεπόντος ἐπικρατέστερον τὸ τῶν
 Γέλφων καθέστηκε γένος καὶ πᾶσαν πρὸς ἑαυτὸ τὴν τάξιν ἐκεί-
 13. ἀνεβρόχθησαν A. 20. γένεσι A. 22. ἑαυτοῦ A., αὐτοῦ W.
 Unde ille ictu letali accepto ex equo delabitur. Deinde concursu circa
 ipsum facto agnitus hominum manibus excipitur, et semianimis in pala-
 tium defertur. Quod facinus ubi illuxit dies cognitum Imperatorem avum
 magna et vehementi tristitia affecit, non praesens modo tempus intuen-
 tem, sed futura etiam prudenter considerantem. Caeterum Manuele De-
 spota ex eo vulnere defuncto, et fama ad Imperatorem Michaëlem Thes-
 salonicae tum degentem perlata, quid dicam? ita ea res cuiuslibet teli ictu
 potentius animum eius perculit, tantum eius cordi vulnus infixit, ut il-
 lius cladis cogitatione subinde recurrente afflicto et oppresso in gravem
 morbum inciderit, qui illum non longo post e vita sustulit. Imperatorem
 vero Andronicum seniore tantus inde animi tumultus curarumque aes-
 tus invasit, tanta confusio ac perturbatio eius res permiscuit, ut inter
 aevi superioris exempla vix ullum occurrat, quod cum his conferri possit.
 Qua de re infra dicturi sumus. (IV.) Hoc tempore seditio et tumultus
 non parvus apud Genuae habitatores est exortus. Est autem Genua mar-
 ritima Italiae urbs versus Occidentem, intra Tyrrenos et Alpes sita,
 quam familiae duae iam inde antiquitus incoluerunt. Guelphos et Gibelli-
 nos appellant: quorum hi diutissime et gloria praestiterunt, et factionis
 suae magistratus creavere. Deinde mutata fortuna Guelphorum familia
 superior evasit, et omne illud ius ad se transtulit. Quin et alteram fami-

νην μετέστησέ τε καὶ πάμπαν ἐξόριστον τῆς Γεννούας πεποίηκε
 θάτερον τοῖν γενοῖν, ὡς μὴ ὀψέ ποτε δύναμιν τινα προσειληφῶς
 αὐθις ἀνατρέψῃ τὴν τάξιν. ἐκεῖθεν ἡ γῆμη δραμοῦσα καὶ ἐς τὰς
 πανταχῆ τῆς γῆς τῶν Γεννοῦιτῶν οἰκίσεις τὰ ὅμοια τῆ μητρο-
 5 πόλει πράττειν ἠνάγκασεν. ἐντεῦθεν μάχαι καὶ πόλεμοι τῶν Γεν-
 νοῦιτῶν πανταχῆ κατ' ἀλλήλων. οἱ γὰρ ἐξωσθέντες μισθοφορικός
 τινες δυνάμεις ἐξωθεν προσλαμβάνοντες κακῶς τοὺς ἐξώσαντας C
 διετίθουν. (E.) Ἐπεὶ δὲ καὶ μετὰ τὴν τῆς βασιλίδος Εἰρήνης
 ταφὴν Κράλαινα ἡ θυγάτηρ αὐτῆς ἐπιπλέον τῷ Βυζαντίῳ ἐνδια-
 10 τρίβειν ἐβούλετο, ἤκουσι πρέσβεις ἐκ τοῦ συζύγου αὐτῆς δηλαδὴ
 τοῦ Κράλη Σερβίας ἀπειλὰς κατὰ τῆς Ῥωμαίων φέροντες γῆς,
 εἰ μὴ τάχιστα παρὰ τὸν σύζυγον αὐτῆ ἀφίκοιτο. ἔρωτι γὰρ τῷ
 πρὸς αὐτὴν φλεγόμενος πλείστην μὲν ἀφοβίαν παρέσχετο ταῖς D
 πλησιαζούσαις χώραις καὶ πόλεσι τῶν Ῥωμαίων· ἐζηλοτύπει δ'
 15 οὖν ὅμως τὴν ταύτης ἀπουσίαν καὶ μεστὸς ὑπονοίας ἦν. ὁ μέντοι
 βασιλεὺς τὰς ἀπειλὰς τοῦ γαμβροῦ δείσας μὴ καὶ εἰς ἔργον αὐτὰς
 ἐξενέγκῃ (ῥάδιον γὰρ ἦν ἐκείνῳ διὰ τὸ πολλὴν κεκτῆσθαι στρα-
 τιωτικὴν δύναμιν) προπέμπει ταύτην εὐθύς. ἦν δὲ τηνικαῦτα δεύ-
 τερόν τε καὶ εἰκοστόν αὐτῆ τῆς ἡλικίας ἄγουσα χρόνον. δείσασα
 20 τοῖνν μὴ ἀπελθοῦσα φρονεθεῖν πρὸς τοῦ ἀνδρός, ὑποπιεύοντος E

3. αὐθις om. A. et V. ψῆφον A. et V. pro τάξιν. 4. τοὺς παν-
 ταχῆ Γεννοῦίτας A. et V. 5. πράττ.] δρᾶν A. et V. ἐντεῦ-
 θεν—διετίθουν om. A. et V. 8. Pro verbis ἐπεὶ—ἀφίκοιτο haec
 leguntur in codd. A. et V.: μετὰ μέντοι τὴν τῆς βασιλίδος Εἰρήνης
 ταφὴν, τῆς τοῦ βασιλέως θυγατρὸς Σιμωνίδος τῆς Κραλαίνης βου-
 λομένης διατρίβειν ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ το-
 σοῦτον ἀφίστασθαι τοῦ ἀνδρός αὐτῆς, λέγω τοῦ Κράλη, ἤκουσι
 πρέσβεις ἐκεῖθεν ἀπειλὰς φέροντες τὰς παλαμναιοτάτας κατὰ τε
 αὐτῆς, εἰ μὴ τὴν τάχιστην ἐπανελθεῖν βούλοιο, καὶ ἔτι κατὰ τῶν
 τοῦ βασιλέως χωρῶν καὶ πόλεων ληστρικός ἐφόδους, εἰ μὴ τάχιστα
 προπέμπειν βούλοιο ταύτην. 12. ἔρωτι—ὑπονοίας ἦν add. A.
 et V. 15. ὅμως αὐτὴν αἰεὶ καὶ μεστὸς V.

liam ex urbe Genua funditus exterminavit, ne confirmatis aliquando viribus
 veterem sibi dignitatem vindicaret. Quae fama cum e metropoli ad Ge-
 nuenses ubivis gentium habitantes pervenisset, idem et illos facere coegit.
 Hinc pugnae et intestina Genuensium bella ubique. Nam qui pulsi erant,
 conducto externo milite adversarios infestabant. (V.) Cum autem post
 Imperatricis exequias Cralaena filia eius diutius Byzantii commorari vellet,
 maritus eius Crales Serviae legatos in Urbem mittit, qui Romanis provinciis
 cladem minitentur, nisi uxor quamprimum ad ipsum revertatur. Illius quip-
 pe amore incensus magnam provinciis et urbibus Romanis securitatem prae-
 stabat. Sed idem ob absentiam mulieris zelotypia et suspicionibus variis
 torquebatur. Quare Imperator generi minis territus ac metuens, ne ver-
 ba ad rem conferret (id enim illi facile erat propterea, quod militaribus
 copiis abundabat), filiam statim dimittit. Ea tunc annum aetatis alterum et
 vigesimum agebat. Verita igitur ne a marito semper suspicaci, tum vero

- A. M. 6791 ad 6836
Imp. Andron. Senioris.
- μὲν αὐτὴν αἰεὶ, νῦν δὲ καὶ πρὸς μεγάλην ὀργὴν ἐκκαυθέντος, ἔγνω τὸ μοναχικὸν ἐπελθοῦσα σχῆμα φυγεῖν οὕτως τὴν αὐτοῦ συνδιαίτησιν. τοῦτο μὲν οὖν ἐνταυθοῖ παρὰ τῷ πατρὶ διατρίβουσα ποιεῖν οὐκ ἠρέσχετο διὰ τὸ μὴ καὶ τὸν πατέρα καίτοι 5
Ἐμὴ συνειδότα καθυποβαλεῖν ἐς φανεράν τὴν τοῦ συνειδένααι αἰ-5
τίαν καὶ πρὸς φανεράν κινήσαι μάχην τὸν Κράλην κατὰ τοῦ πατρός. διὸ μέχρι τοῦ πολιγνίου τῶν Σεβρῶν ὡς εἶχε σχήματος ἀπελθοῦσα καὶ συχνὰς ἡμέρας κακῆ διατρίψασα λάθρα παρὰ τινος ῥάκος ὠνησαμένη μοναχικὸν μιᾷ τῶν νυκτῶν ἐνεδύσατο τοῦτο· καὶ οὕτω παρ' ἐλπίδα μεθ' ἡμέραν φανεῖσα τοῖς μετ' 10
P. 177 V. 144 αὐτῆς Τριβαλλοῖς ἐκπληξίῃ τε καὶ ταραχῇ ἐπέβαλεν οὐ μικρὰν, ὡς βουληθῆναι παράβολόν τι δι' ἀνάγκην αὐτοὺς καὶ φόβον δεσποτικὸν ἐπ' αὐτῇ πεπραχέναι· ἢ γὰρ διαῤῥῆξαι τὸ ῥάκος καὶ ἄκουσαν αὐτὴν ἐς τὸν ἄνδρα ἀγαγεῖν· ἢ τό γε δεύτερον, αὐτὴν διαχρήσασθαι καὶ μὴ ζῶσαν αὐτὴν ὡς πορρωτάτω τε τοῦ ἀν-15
δρός οἰκεῖν καὶ ἅμα δριμύταις τε καὶ σφοδραῖς ταῖς ἀνίαις ἔμπροσθεν τὸν ἐκείνου θυμόν. ἀλλὰ φθάσας ὁ ταύτης ἀμφιμήτριος Β ἀδελφὸς Κωνσταντῖνος ὁ δεσπότης (παρῆν γὰρ καὶ αὐτὸς) διόρθωσιν τοῦ καινοτομήματος ἐπεπράχει, οὐ πρῶως ἐνεργεῖν τὸν Κράλην τὸ δρᾶμα οἰόμενος. ῥήγγυσι γὰρ βιαίως ἐπιδραμῶν τὸ 20 ῥάκος ἐκείνο καὶ τὸ σύνηδες αὐδῆς ἐνέδυσσε σχῆμα· καὶ παραδούς τοῖς Τριβαλλοῖς ἄκουσάν τε καὶ κλαίουσαν ἀπάγειν ἐκέλευσε τὴν ταχίστην. καὶ τοῦτο μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

5. μὴ post καίτοι add. A. 6. τὸν Κράλην om. A.

ira etiam percito, domum reversa occideretur, monasticum habitum, quo convictum et consuetudinem viri fugeret, induendum esse cogitavit. Id vero dum in Urbe apud patrem versabatur facere noluit, ne et patrem, quamvis inscium, manifesto crimine velut conscium implicaret, et ad apertum bellum illi faciendum Cralem concitaret. Quare usque ad Serrhas oppidulum ita ut vestita erat abiit: atque ibi etiam dies complures commorata clam alicunde emptum cucullum noctu induit: in quo, postquam dies illuxit, a Triballis, quos secum habebat, praeter expectationem conspecta non mediocre ipsis stuporem ac perturbationem attulit; adeo ut ex necessitate et herili metu gravius in eam consulturi viderentur; nempe aut cucullum laceraturi et invitam ad maritum reducturi: aut si eo descendendum esset, interfecuri eandem, ne viva quam longissime a marito habitaret, et animum eius acri et violento dolore incenderet. Sed Constantinus Despota frater eius consanguineus (nam et ipse aderat) eos praevertit, et fabulam illam aegre laturum Cralem arbitratus temerarium sororis factum correxit. Nam statim accurrens cucullum vi lacerat, et solitis ornatam vestibus Triballis eam reddit, ut ipsam quam celerrime domum reducant quantumvis invitam et plorantem. Atque haec ita se habuerunt.

β'. Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰωάννης ὁ Γλυκὺς συνιδὼν ὡς ἀνέλ-
 πιστά οἱ τὰ τῆς ὑγείας ἤδη κατέστη καὶ τὸ μὲν τῆς πνευματικῆς
 ταύτης ἀρχῆς λειτουργήματα πολλῆς δεῖται σωματικῆς ἰσχύος καὶ
 ῥώμης, πολλῆς δ' αὖ ἐτέρωθεν ἡρεμίας δεῖ κάμνοντι σώματι.
 5 καὶ τοῦ ἐναντίου δ' ἔτι καὶ σχολῆς τῶν ἕξωθεν μακρᾶς ψυχῆ C
 συγκαμινοῦση καὶ περισπωμένη ταῖς τοῦ σώματος ἀλγηδόσι (διὰ
 γὰρ αὐτὸ γε τοῦτο δύο συμβαίνει τὰναντιώτατα· μήτε γὰρ τὴν
 τῶν ἀνὰ χειρὸς πραγμάτων διοίκησιν διὰ λείας καὶ ἀκμαζούσης
 φέρεσθαι τῆς ὁδοῦ, μήτε τὸν λαὸν ἀνύβριστον δύνασθαι φέρειν D
 10 ἐπ' αὐτὸν γνώμην καὶ γλῶτταν). Ἐν μέσῃ τῇ τῶν πραγμάτων
 ἀπέγνω πορεία καὶ σχολὴν ἑαυτῷ προὔμνηστεύετο ἤδη καὶ τῆς
 πολλῆς ἐξήτει καὶ ποιικίλης ταυτησὶ περιφορᾶς ἀποχώρησιν. ταῦτ'
 ἄρα καὶ τοῖς αὐτοῦ βουλευμασιν ὁ βασιλεὺς ἐπινεύει καὶ τὴν τῆς
 Κυριωτίσσης μονὴν εἰς οἴκησιν ἀπονέμει· πρὸς ἣν δὴ καὶ ἀφικνεῖ-
 15 ται τῷ τετάρτῳ τῆς αὐτοῦ γε πατριαρχείας ἔτει, τὸν πατριαρχι- E
 κὸν ὅπως ποτὲ παραιτησάμενος θρόνον. κακεῖ νοσοκομούμενος, A. C. 1320
 ὡς ἐνῆν, διὰ τὴν τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν παντελῆ πάρεσιν ἐδε-
 δίδει καθ' ἡμέραν τὸν θάνατον. ὅθεν οὐ πολὺν τινα πλοῦτον κα-
 ταγαγὼν ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου διὰ τὸ μὴ φιλοχρήματος
 20 εἶναι κατὰ τοὺς πλείστους, ἀλλὰ μικρὸν τε καὶ εὐαρίθμητον, P. 178
 τοῦτον μὲν εἰς περιποίησιν ἀνάλωσε τῆς μονῆς. ἔμὲ δὲ προσκα-
 λεσάμενος τὴν τελευταίαν αὐτοῦ βούλησιν ἐν χάριστι διαθέσθαι
 ἡξίον. σφόδρα γὰρ τοῖς ἐμοῖς ἠρέσκετο λόγοις. (B.) , Πᾶσι μὲν

1. ὁ ante Γλυκὺς add. A. 18. καθ' ἡμέραν A., καθ' ἡμέραν W.
 21. τοῦτο A. ἠνάλωσε A. 23. Quae sequuntur hinc usque ad
 sectionem tertiam, om. A. Vid. Notas.

2. At patriarcha Ioannes Glycys cum et spem recuperandae valetudinis nullam sibi superesse et eo munere fungi se intelligeret, cuius administratio magnas vires et firmum corporis robur postularet; contra autem magna tranquillitate opus esse sciret corpori aegrotanti, et vicissim animum ipsum, utpote condolentem corpori et eius aegritudine distractum, magno ab externis rebus otio egere animadverteret (duo quippe inde maxima mala existebant, cum nec quotidiana negotia commode et celeriter expediri, nec vulgi seu indignatio seu convicia reprimi possent); in medio administrationis cursu fatigatus otio suo consulere, atque ex illo magno circumfluentium negotiorum aestu emergere statuit. Quibus de causis Imperator eius voluntati annuit, eique Cyriotissae monasterium, in quo habitaret, assignavit: in quod se quarto anno patriarchatus sui contulit, abdicata utcunque dignitate. Ibi quatenus licebat valetudinem curans propter pedes paralysi affectos mortem in dies timebat. Quare cum pecuniarum ut alii plerique avidus haud fuisset, non magnas opes e patriarchatu secum attulit; sed parvam et numerabilem pecuniam, quam in sumptus conservando monasterio necessarios impendit. Me autem arcessitum rogavit, ut supremam suam voluntatem in charta ordinarem. Nam meo dicendi genere admodum de-

A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.

οὖν ἀνθρώποις", φησὶ, „θανάτου μεμνησθαι χρεὼν καὶ νήφουσιν
ὀφθαλμοῖς τὴν τῶν παρόντων καταγινώσκειν σκιάν, πῶς μὲν
τὸν χθὲς καὶ πρότερον ὄντα κόλποι γῆς ἔξαιφνης διέλαχον, πρὶν
τὰ οἴκοι διαθῆσθαι κατὰ γνώμην καὶ πρὶν καλῶς διαβλέψαι τὸν
Βλόχον τῆς συμφορᾶς· καὶ πῶς αὖθις ὁ σήμερον οἴκοθεν οἶονεῖ 5
τῷ ἡλίῳ τῷδε συνανατέλλων καὶ ἐμπομπεύων τῇ πανηγύρει τοῦ
V. 145 βίου μεστὸς ἀπεράντων ἐλπίδων, ἔπειτ' ἐν μεσημβρία φωτὸς
σκότους καὶ λήθης ὑπῆλθε μυχὸς ἐν ἀκμῇ τῇ ἡλικίας, πολλά-
κις καὶ ἑορτῇ τοῦ προσώπου, καὶ ἴν' εἶπω τοῦ πάθους ἀνεπι-
στία πολυτελεῖ. πολλῶ δ' οὖν ἀναγκαῖον θανάτου μᾶλλον με- 10
C μνησθαι, οἷς καὶ νόσος οἷά τις δι' ἀνωμαλίαν τε καὶ ἀταξίαν τῆς
ἕλης συμπέπτωκεν, αἷς πολλαῖς τε καὶ ποικίλαις ἄλλοτε ἄλλαις τὸ
ἀνθρώπινον κέχρηται σῶμα συγγεούσαις τε καὶ διασπώσαις τὴν τῶν
συνδέσμων στοιχείων ἀλληλουχίαν. οὗτοι γὰρ ἤδη μονονοῦ θατέρω
χειρὶ τὴν τοῦ θανάτου κόπτουσι θύραν καὶ τὸ πλεόν τῆς τοῦ ζῆν 15
ἐλπίδος κατόπιν διαλιπόντες θατέρω βλέμματι πρὸς τοὺς τῶν μη-
D μᾶτων ἤδη κρημνοὺς διακύντουσι· τούτοις παντὶ τρόπῳ λυσιτελή-
σει τῆς οἰκείας φροντίσαι ψυχῆς καὶ ἀθανατά γε τῇ ἀθανάτῳ πάσῃ
σπουδῇ πορίσασθαι, μήποτε διπλοῦν τὸν θάνατόν σφισιν αὐτοῖς
προξενήσωσι τὸν τε τοῦ σώματος τὸν τε τῆς ψυχῆς. ἐμοὶ δὲ καὶ 20
μάλιστα πάντων δεινῇ τινι καὶ βαρεῖα τῇ νόσῳ τοῦμὸν τουτὶ σῶ-
μα μικροῦ τελέως ἐκδεδαπάνηται. πάνυ γὰρ ἐκ μακροῦ πάνδη-

3. πρότερον coni. Boiv. 10. πολυτ.] παντελεῖ W. in mg.
14. συνδεομένων aut συνδέσμων καὶ στοιχείων coni. Boiv.

lectabatur. (II.) „Omnes mortales,” inquit, „mortis meminisse oportet, et sobriis oculis considerare, quam vana sit praesentis vitae umbra; ut is qui heri fuerit, terrae sinu derepente exceptus sit, priusquam de rebus domesticis ex sententia decernere et insidiantis calamitatis adventum prospicere posset: item ut is, qui hac ipsa die e domo sua progressus cum sole exoriri et in theatro vitae infinita spe plenus obambulare videbatur, sub meridiem deinde tenebrarum et oblivionis latebras subierit, in primo flore aetatis, saepe et in media vultus festiuitate, cum imminentium malorum omnis, ut ita dicam, spes longissime abesset. Quanto autem magis ii debent mortis meminisse, qui ob vitiosam et perturbatam materiam morbis conflictantur, qui multi et varii atque alias alii humana corpora afficiunt, elementa confundunt, et aptam eorum compagem dissolvunt? Hi enim tantum non altera manu fores mortis pulsant. Hi vitae spem maxima ex parte retro abiecerunt, et alterum iam oculum ad ima tumuli praecipitia intendunt. His prorsus expedit, animi curam suscipere, eique cum sit immortalis bona immortalia omni studio providere, ne forte duplicem sibi mortem arcessant, et corporum et animorum. Mihi vero tanto magis hoc quam aliis omnibus faciendum est, quanto graviore morbo totum fere corpus meum est consumptum. Nam hic morbus postquam semel tota vi in me infestus irruit,

μὸς τις ἐπιστρατεύσασά μοι παλινοστήσειν οὐκέτ' αὖθις βεβού- A. C.
 ληται, ἀλλ' ἐμπεφώλεuken ἐσάπαν, ὥσπερ τινὰ ἐαυτῆς οἰκίαν 1282
 κατειληφνῆα, καὶ διετέλεσεν ἐσαεὶ τὴν μὲν ἐμὴν τοῦ σώματος οὐ- ad
 σίαν οἶονεὶ τις ἐκμυζῶσα βδέλλα, τὴν δ' αὖ περιουσίαν ὑφαι- 1328
 5 ρουσά μου κατὰ μικρὸν διδύμη τὸ λεγόμενον χειρὶ καὶ τοῖς τῶν E
 ἰατρῶν κόλποις ἐπισωρεύουσα, καθάπερ τισὶ ταμείοις οὖσιν ἐαν-
 τῆς. ἐπεὶ δ' οὖν ἡ πρὸς αὐτὴν ἡμετέρα σπουδὴ μάταιος ἦν καὶ F
 ἀνόνητος ὄχλος, καὶ εἰς πῦρ (τὸ τοῦ λόγου) ξαίνοντες ἐδοκοῦ-
 μεν, τί ἂν τις ἐκτραγωδοίη, ὅποσα μοι κατὰ τὸν βίον ἠναντιώ-
 10 θῆ ἔν τε τοῖς βασιλείοις ἔν τε τοῖς κατ' οἶκον πράγμασι; συμβέ-
 βηκε γάρ μοι καὶ τοῖς βασιλείοις τετάχθαι ἄρι τῶν λόγων ὑπα-
 νακύψαντι καὶ τὸν ἔφηβον παραλλάττοντι, καὶ τιμῶν παρὰ τοῖς
 θειοτάτοις βασιλεῦσιν ἠξιῶσθαι οὗτοι γε ἐλαχίστων. καὶ ἵνα τὰν
 μέσῳ παρέλθωμεν, ἐπειδὴ καὶ ὁ πατριαρχικὸς ἡμῶς ὕστερον κέ- P. 179
 15 κληκε θρόνος καὶ δὴ καὶ προσηγάγετο ἄκοντάς τε καὶ οὐκ ἄκοντας·
 ἄκοντας μὲν διὰ τὸ μὴ σφόδρα ἀνεκτὸν τῆς ἀσθενείας βάρους· θά-
 τερον δὲ διὰ τὸ τῆς ὑγείας προσδοκίσιμον (ἡ γὰρ ταύτης ἐπισαί-
 νουσα καθ' ἐκάστην ἐλλίς πάντα μοι ὑπεμίμησκεν ἐν ἀκαρεῖ πα-
 λαιά τε καὶ νέα τοῦ θεοῦ τεράστια πατέρος, ὧν ἴσως ἔν τι καὶ
 20 τοῦ μὸν ἔλεγεν ἔσεσθαι, εἰ φιλανθρωπῶς ἴδοι κύριος ἐπὶ τῇ χει- B
 ροθεισίᾳ καὶ τῷ τῆς ὑψηλῆς ταύτης ἀρχιερωσύνης χρίσματι)·
 ἐπεὶ δ' οὖν ὁμῶς οὕτωςι καὶ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἀπὸ τῶν
 συγκλητικῶν ἀρχῶν μετηνέχθημεν καὶ τοῖς αὐτοῖς αὖθις ἤμεν

1. βεβούληται W. in mg. pro: βεβούλενται. 9. ἠναντιώθη Boiv.
 pro: ἠναντιώδη. 20. ἔλεγον Boiv. pro: ἔλεγεν.

noluit ex eo deinde a me discedere, sed perpetuo in penetralibus meis habitare perstitit, quasi eam sibi domum propriam nactus esset: neque unquam corporis mei succum hirudinis in morem exsugere destitit, et rem familiarem meam paulatim deminutam ambabus, ut aiunt, manibus congregere, et in sinum medicorum veluti in thesauros suos conferre. Cum autem noster adversus illum conatus inanis et irritus fuerit, et, ut fertur proverbio, ignem caedere hactenus visus sim, quid vitae meae adversitates tam Imperatoriis quam domesticis in rebus commemorem? Sic enim accidit, ut studiis litterarum vix defunctus, cum ex ephebis excederem, in aulam receptus sim, et a divinis Imperatoribus honores non minimos acceperim. Atque ut ea quae intercesserunt silentio praetereamus, cum ipsa quoque nos patriarchalis sedes ad se deinde vocavisset, atque etiam pertraxisset partim nolentes, partim non nolentes: nolentes quidem ob infirmitatis onus paene intolerabile: haud nolentes ob expectationem sanitatis (nam huius spes in dies mihi blandiens momento omnia suggerebat et vetera et recentia coelestis patris miracula: quorum de numero meam quoque sanitatem fore existimabam, modo Deus delatam mihi impositionem manuum et pontificiam unctionem benigne intueretur); cum, inquam, a senatoriis muneribus in hunc modum patriarchico solio conscenso iisdem morbi cruciatibus confl-

- A. M. 6791 ad 6836
Imp. Andron. Senioris.
- δεινοῖς τοῦ νοσήματος καὶ λύσις οὐδαμῶθεν οὐδ' ἠτισοῦν ἐωρᾶτο, ἔγνωμεν κρίσιν εἶναι τοῦτο θεοῦ πρὸς θάνατον συνωθοῦσαν ὀλο-
σχερῶς καὶ παιδείαν ἴσως μετρίαν ὣν οὐ μετρίως ἡμάρτομεν.
ἐνθεν καὶ τὰ μὲν τῆς ὑγείας ἤδη φροῦδα καὶ ἀπ' ἐλπίδος ἐγί-
C γνετο· τὰ δὲ τῆς τελευτῆς καὶ σφόδρα γέ τοι, ὡς ἔφημεν, οὐκ 5
ἀνέλπιστα. καὶ τί γὰρ ἄλλο γ' ἐχοῖν, ὅποτε τὴν μὲν τῆς σαρκὸς
ἰκμάδα μικροῦ πᾶσαν ἐκρέυσασαν ἔβλεπον ἤδη, ἰατρῶν δὲ παῖ-
δας οὐ κατὰ τοῦνομα ὄντας, ἀλλ' οὐδὲν τό γ' ἐπ' ἐμοὶ σχε-
δὸν τῶν πολλῶν διαφέροντας; ὅθεν τὸν πολὺν τῶν πραγμάτων
V. 146 ἀποσεισάμενος ὄχλον καὶ τὴν τῶν πονηρῶν γλωσσῶν σύγχυσιν 10
Δέντανθοῦ τὸ λείπον ἔκρινα δεῖν ἀνύσειν τοῦ βίου." (Γ.) Ἀλλὰ τὰ
περὶ τούτων ἡμῖν ἐναργέστερον ἀλλαγῆ δηλούμενα τοῖς βουλομέ-
νοις ἐξέσται μαρθάνειν. ἡμεῖς δ' ἐχώμεθα τῶν ἐφεξῆς. κατὰ δὲ
τοῦτον τὸν χρόνον τὸν πατριαρχικὸν διαδέχεται θρόνον τῶν ἱερω-
μένων τις μοναχῶν ἐκ μονῆς τῶν Μαγγάνων Γεράσιμος, ἀνὴρ 15
πολιὸς μὲν τὴν τρίχα, ἀφελῆς δὲ τὸν τρόπον καὶ τῆς ἀκουστικῆς
δυνάμεως τὸ πλεῖστον ἀφηρημένος ὑπὸ τοῦ γήρους· Ἑλληνικῆς
Εμὲν παιδείας οὐδ' ἄκρο δακτύλῳ γευσάμενος πώποτε, διὰ δ'
ἀμαθίαν καὶ ἄλλως ἀπλότητα τρόπων ταῖς βασιλικαῖς ἀρεσκείαις
πάντη προσήκων. διὰ γὰρ τοῦτο τοιοῦτους οἱ βασιλεῖς ἐς τοιαύ- 20
τας ἐκλέγονται τὰς ἀρχὰς, ἵνα τοῖς τούτων εὐχερῶς ὑποκύπτωσι
προστάγμασι, καθάπερ ἀνδράποδα, καὶ μηδενὶ τῶν ἀπάντων
ἐναντία φρονῶσιν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου τέως τοσαῦτα. λελέ-
ξεται δὲ τὰ ἐξῆς τοῦ ἀνδρὸς ἡμῖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν.

11. Verba ab ἀλλὰ usque ad ἐφεξῆς om. A. 13. δὲ ante κατὰ add. A.

ctaremur, neque ullum usquam remedium ostenderetur; iudicium illud di-
vinum, quo ad mortem compelleremur, et mediocrem fortasse peccatorum
non mediocrium castigationem esse intelleximus. Unde spes sanitatis irrita
prorsus evanuit, mortis autem instantis expectatio, ut diximus, confirmata
est. Quid enim aliud cogitarem, cum omnem fere carnis succum effluxisse
iam viderem; medici vero eo nomine indigni nihil (quod ad me quidem
attineret) a vulgo differrent? Itaque magna negotiorum mole excussa, et ma-
larum linguarum confuso strepitu a me depulso, hic vitae reliquum exigen-
dum esse iudicavi." (III.) Sed haec a nobis dilucidius alibi explicata po-
terit quivis cognoscere. Nunc rerum ordinem prosequamur. Hoc tempore
in patriarchicum solium succedit sacerdos monachus e Manganorum mona-
sterio Gerasimus, cano capite, sed simplici vir ingenio, idemque surdaster,
audiendi sensu per senectutem maxima parte imminuto. Is Graecas litteras
ne extremo quidem digito unquam attigerat. Sed erat ob inscitiam et
morum simplicitatem ad Imperatoria obsequia aptissimus. Hac enim de causa
ad ea munera obeunda tales viri ab Imperatoribus deliguntur, ut dicto au-
dientes eis sint, tanquam mancipia, et nulla re ipsis refragentur. Atque
haec de eo viro hactenus. Caetera post suo loco referentur.

γ'. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ δεσπότης ὁ ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς
 τῆς ἐξ Οὐγγρων γεννηθεὶς τῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ ἔσχε μὲν ἐκ παρ-
 θενίας γυναῖκα πρότερον τὴν θυγατέρα Μουζάλωνος τοῦ πρωτο-
 βεστιαρίου· ἣ δὲ καὶ πολὺν συμβιώσασα χρόνον αὐτῷ τετελεύ-
 5 τηκεν ἄπαις. εἶχε δ' ἐκείνη θεραπαινίδα τινὰ εὐειδῆ, Καθαρὰν
 κεκλημένην. ταύτη λάθρα μιγείς ὁ δεσπότης ἔτεκεν υἱόν, ὃν καὶ
 ὠνόμασε Μιχαὴλ Καθαρόν. τοῦτον αὐτὸς τὰ πρῶτα μὲν βλέ-
 πειν οὐδ' ἄκραις ὕψεσιν ἠνείχετο, ἀλλ' ἐμίσει καὶ ἀπετρέπετο B
 καὶ ὡς πορῳότατο πον διαιτᾶσθαι ἐκέλευε. τὸ δ' αἴτιον, ὅτι
 10 καὶ τὸν τῆς μητρὸς αὐτοῦ Καθαρᾶς ἔρωτα ἕτερος ἑξαπίνης ἐπι-
 δραμῶν ἀντέκρουσεν ἔρωσ ἐπικρατέστερος πολλῷ καὶ σφοδρότερος.
 (B.) Ἐπεὶ γὰρ πρὸς τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως τὴν ἐπιτροπὴν ἐδέ-
 ξατο τῶν τε ἐν Μακεδονίᾳ πραγμάτων καὶ Θεσσαλονίκης αὐτῆς
 (διέτριβε δὲ τὰ πλεῖστα τοῦ ἄστεος ἔνδον Θεσσαλονίκης), ἔρωτι C
 15 γυναικὸς ἕάλω τινὸς τῶν ἐπιφανῶν. ἦν δὲ αὕτη θυγάτηρ μὲν
 Νεοκαισαρείτου τοῦ πρωτασηκρήτις, σύζυγος δὲ Κωνσταντίνου
 τοῦ Παλαιολόγου. οὕτω δ' ἀπαράμιλλος ἦν τῷ τε τῆς ὕψεως
 κάλλει καὶ τῇ τῆς γλώττης δεινότητι καὶ τῷ ἐφέρποντι τοῦ ἠθους
 ὑγρῷ, ὥστε οὐ ταῖς τῶν ἐντυγχανόντων μόνον ψυχαῖς ἄφυκτόν
 20 τινὰ τὴν ἐρωτικὴν σαγήνην ἐπέρριπτεν, ἀλλὰ καὶ μόνης τῆς φή-
 μης τοὺς πλείστους πρὸς τοὺς ἑαυτῆς ἀνέφλεγεν ἔρωτας. οὕτω
 γὰρ ἡ φύσις περὶ τὴν ἄνθρωπον ἐφιλοτιμήσατο, ὥστε πολλὴν D
 μὲν ἐπὶ τοῦ προσώπου τὴν εὐρυθυμίαν ἐφήπλωσε, πολλὴν δὲ τὴν
 ὀξύτητα περὶ τὴν διάνοιαν ἐθησαύρισε, πολλὴν δὲ καὶ τῇ γλώτ-

23. ἐφήπλ.] ἔθηκε A.

3. Constantinus autem Despota, Imperatoris Andronici filius e priore
 coniuge, quae oriunda ab Hungaris erat, susceptus, uxorem primum habuit
 puellam innuptam, Muzalonis protovestiarii filiam: quae cum diu apud mar-
 ritum fuisset, sine liberis decessit. Habebat illa ancillam formosam, nomine
 Catharam: ex qua clam compressa filium genuit Despotas, quem Michaëlem
 Catharum appellavit. Hunc ipse sic initio oderat et aversabatur, ut ne limis
 quidem eum aspicere dignaretur, sed quam longissime a se educari iuberet.
 In causa hoc erat, quod alterius mulieris vehementior et potentior multo amor
 repente excitatus Catharae quoque matris eius amorem depulerat. (II.) Nam
 rerum Macedonicarum et ipsius Thessalonicae praefecturam cum a patre Im-
 peratore accepisset, et in ea urbe plerumque versaretur, mulieris cuiusdam
 illustris amore captus est. Erat ea Neocaesaritae protosecretarii filia, Con-
 stantini Palaeologi uxor. Ita vero et elegantia formae et linguae facundia
 et blanda morum comitate praestabat, ut non modo aspectu suo animos eorum,
 a quibus adibatur, inevitabili quodam amoris laqueo irretiret, sed sola etiam
 fama excitatos plurimos pari ardore inflammaret. Tanta enim naturae fuit
 erga eam liberalitas, ut toto vultu elegantiam praeferreret; in ingenio pluri-

- A. M. 6791 ad 6836
Imp. Andron. Senioris.
- τη ἐνήρμοσε τὴν πειθῶ καὶ δεινότητα καὶ τὸ εὐστροφον καὶ ἐπι-
 χαρι τῆς ἡχοῦς. ἦν δὲ καὶ σοφίας τῆς θύραθεν οὐκ ἄμοιρος ἡ
 γυνή. ἦν γὰρ ἰδεῖν αὐτὴν πάντα καὶ παντοῖα ῥαδίως κατὰ και-
 ρὸν ἐν τῇ ὁμιλίᾳ διὰ γλώττης προσφέρουσιν, ὅσα τε αὐτὴ δι'
 V. 147 ἑαυτῆς ἀνεγνώκει καὶ ὅσα λεγόντων ἄλλων ἀκήκοεν, ὡς Θεανώτινα 5
 Ε Πυθαγορικὴν καὶ Ὑπατίαν ἄλλην ὀνομάζεσθαι ταύτην πρὸς
 τῶν ἐφ' ἡμῶν σοφωτέρων. τούτων ἀπάντων Κωνσταντῖνος ὁ
 δεσπότης, ὡς ἔφημεν, ἐς τὰ μάλιστα ἤττητο καὶ ἀπειροῦτο
 τῆς γυναικὸς καὶ λάθρα ἠξίου μίγνυσθαι. ἡ δὲ, εἴτε τὸν σύζυγον
 δεδοικυῖα, εἴτε μυσαιτομένη τὸ τῆς πράξεως ἄθεσμον, ἀνθίστατό 10
 P. 181 τε καὶ ἀπετρέπετο. ὅδ' ὅσον ἐκείνην ἀποτρεπομένην ἑώρα, τοσοῦ-
 τον αὐτὸς πρὸς μείζονας ἐξεκάετο τοὺς αὐτῆς ἔρωτας· καὶ ἦν ἰδεῖν
 τὸ τοῦ Πλάτωνος, τὴν ψυχὴν τοῦ ἐρωῶτος ἐν ἀλλοτρίῳ ζῶσαν
 τῷ σώματι. ἐπεὶ δὲ μετὰ χρόνον τινὰ τὸν βίον ὁ ταύτης ἀπέλιπε
 σύζυγος, ἤδη σφοδρότερον ἦν ἐγκείμενος ὁ δεσπότης καὶ πάντα 15
 λίθον κινῶν, τὸ τοῦ λόγον, νόμιμον ἀγαγέσθαι βουλόμενος σύ-
 ζυγον. οὗ δὴ γεγονότος πασῶν εὐθὺς ἐξελάθετο γυναικῶν καὶ ἐρώ-
 Β των ἄλλων καὶ αὐτοῦ γε τοῦ ῥηθέντος νέως Καθαροῦ Μιχαήλ,
 ὃν ἐκ τῆς Θεραπαινίδος γεγέννηκε· καὶ ἦν μόνης Θερωῶς ἐξεχό-
 μενος Εὐδοκίας τῆς Παλαιολογίνης. (Γ.) Τοῦτον δὴ οὖν τὸν 20
 Καθαρὸν Μιχαήλ πεντεκαδέκατον ἤδη χρόνον τῆς ἡλικίας ἀμεί-
 βοντα πέμψας ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ὁ γηραιὸς προσηγάγετό τε
 καὶ τοῖς κατ' οἶκον ὑπηρετικοῖς παιδαρίοις συγκατέλεξε. πρῶτον
 C μὲν, ἵνα μὴ διαφθαρεῖη λιμῶ, μηδενὸς προμηθευμένου· δεύ-

11. τὰ add. A. 19. ὄλος ante Θερωῶς add. W., om. A.

num acuminis, in lingua vim dicendi ac persuadendi maximam, nec non volubilitatem haberet. Erat et humanioribus litteris erudita, et in familiaribus colloquiis omnia omnis generis, quae tam ipsa legerat, quam ex aliis audierat, facile et opportune proferebat, ut altera Theano Pythagorica et altera Hypatia ob eruditioribus quibusque appellaretur. His omnibus Constantinus Despota, ut diximus, omnino victus est, ut eius pudicitiam tentaret, et clandestinum eius concubitum peteret. Ipsa vero, sive mariti metu deterrita, sive rem ipsam utpote illicitam aversata, resistebat ac refugiebat. Ille quo magis abhorrere eam videbat, eo vehementius amore eius incendebatur. Itaque, quod ait Plato, amantis animam videre erat in alieno corpore spirantem. Cum autem aliquando post maritus eius decessisset, iam acrius rem urgebat Despotes, omnemque, ut vulgo aiunt, movebat lapidem, quo illam uxorem legitimam duceret. Quo facto, omnium aliarum mulierum et amorum oblitus, ipsiusque adeo filii Michaëlis Cathari, quem, ut diximus, ex ancilla Cathara susceperat, unius Eudociae Palaeologinae amoribus vacabat. (III.) Eum Michaëlem Catharum, annum aetatis decimum quintum iam agentem, Imperator Andronicus senior arcessitum pueris domestica ministeria obeuntibus socium ascribit: primum, ne ab omnibus

τερον δ' ἴσως, ἵνα καὶ τιμὴ τῶν πέριξ ἔθνῶν εἰς κῆδος δοθείη, A. C.
 ὡς ἔξ αἵματος ὦν βασιλείου καὶ γένηται σπονδῶν τινῶν πρόξενος 1282
 καὶ τινος ὠφελείας Ῥωμαίοις καὶ τοῖς Ῥωμαίων πράγμασιν αἴτιος. ad
 ὁ δὲ κομισθεὶς καὶ διατρίβων ἐν βασιλείοις τοσοῦτον εἰς τὴν ἕαν- 1328
 5 τοῦ σχέσιν ἐν βραχεῖ τὸν βασιλέα ἀνηρτήσατο, ὡς καὶ αὐτοὺς D
 δὴ τοὺς τοῦ βασιλέως νείας ζηλοτύπως ὑποβλέπειν αὐτόν. ὁ δὲ
 βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ὁ νέος καὶ πλέον τῶν ἄλλων ὠργίζετο καὶ
 ἐδυσφόρει, ὁρῶν τὴν πρὸς αὐτὸν ἀνυπέροβλητον ἐκείνην ἀγάπην
 τοῦ βασιλέως καὶ πάππον μαραινομένην, τὴν δὲ πρὸς τὸν χθε-
 10 σινὸν καὶ ὑποβολιμαῖον τουτονὶ διηνεκῶς ἀνθοῦσαν καὶ ἀὔξανο-
 μένην ἐφ' ἡμέρα καὶ νυκτί. (Δ.) Ὁ δὲ μᾶλλον δικαίως αὐτὸν E
 ἐξέμηγεν εἰς λύπην καὶ ὀργὴν καὶ μελέτας πολυειδεῖς, ἔξ ὧν αἱ
 περὶ τῆς βασιλείας ἐβλάστησαν στάσεις, καὶ οἱ τῆς κακίας ἤρ-
 ξαντο χειμῶνες καὶ κλύδωνες, λέξομεν ἤδη. οὕτω γὰρ, ὡς εἰρή-
 15 καμεν, πλημμελῶς τῶν πραγμάτων ἐχόντων καὶ μεταξὺ τοῦ
 βασιλέως Μιχαὴλ τεθνηκότος ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς ὀμνύειν ἅπαν-
 τας· πρῶτον μὲν σέβειν καὶ προσκυνεῖν ὡς βασιλέα καὶ δεσπότην
 αὐτόν· ἔπειτα καὶ ὅν ἂν αὐτὸς ἐκλεξάμενος εἰς τὴν τῆς βασιλείας F
 προσθήσειε διαδοχὴν. τοῦτο λεχθὲν ἀορίστως μικροῦ πάντας ἐτά-
 20 ραξε, καὶ μάλιστα τὸν ἕγγονον Ἀνδρόνικον τὸν ὠρισμένον τῆς
 βασιλείας διάδοχον. εὐθὺς γὰρ ἅπαντες τὰς ὑποψίας εἰς τὸν ὑπο-

10. Quae a verbo ἀνθοῦσαν sequuntur usque ad finem primae sectionis Capituli quarti, desiderabantur in Wolfiana Editione; extant autem manuscripta in codd. A. et V., et iam in lucem edita fuerant a Petavio, cum Breviario Historico sancti Nicephori patriarchae Constantinopolitani, BOIV. 14. εἰρήκαμεν A.

neglectus fame periret: deinde fortasse, ut per eum sanguine Imperatorio ortum affinitas cum aliqua ex finitimis gentibus iungeretur, atque ut foederis alicuius conciliandi occasio esset, Romanisque et rei Romanae quolibet tandem pacto prodesset. Ille autem cum in palatio educaretur et assiduus illic versaretur, brevi tempore Imperatoris animum ita sibi conciliavit, ut et ipsi Imperatoris filii oculis invidis eum aspicerent; Andronicus vero iunior Imperator irasceretur magis quam caeteri, molesteque ferret, singularem illum sui amorem apud avum languescere, erga novitium vero istum et supposititium excitari perpetuo ac dies noctesque crescere. (IV.) Nunc quibus de causis iustiore dolorum atque iracundiam variasque et multiplices curas animo conceperit, dicendum nobis est; ex quibus conspirationes adversus Imperium et malorum tempestates ac turbines exorti sunt. Nam cum publicae res, uti dictum est, male se haberent, mortuo interim Michaële Imperatore, sacramento adigi Imperator omnes iussit, primum sese tanquam Principem ac Dominum veneraturos et adoraturos esse; tum quemcumque Imperii heredem ipse deligeret. Quod infinite dictum paene omnes turbavit, Andronicum praecipue designatum iam Imperii successorem. Neque quisquam omnium fuit, qui non velut ex composito ad

- A. M. 6791 ad 6836 *βολιμαῖον τουτονὶ Μιχαήλ, ὡς ἐκ συνθήματος ἤγαγον. καὶ πολὺς τις ἐντεῦθεν ἐφύετο θόρυβος λογισμῶν καὶ ἀλλεπάλληλοι μελέται κακίας ἐπιθυροῦντο. τινὲς μὲν οὖν φόβῳ τῆς ἔξουσίας ἐξαντες ᾠμνον· οἱ δὲ πλείους ἐς τοῦμφανὲς τὸν τοιοῦτον ἀπέιπαντο*
- Imp. Andron. Senioris. P. 182 *ὄρκον· οἷς ἀνάγκην τινὰ τυραννικὴν ἐπάγειν οὐκ ἔγνωκε δεῖν ὁ βασιλεὺς ἐν τοσοῦτῳ θορύβῳ πραγμάτων. ἔβλεπε γὰρ ἤδη καὶ τὸν βασιλεῖα τὸν ἔγγονον σχεδιάζοντα τῆς φυγῆς τὴν μελέτην διὰ τὴν ἀοριστίαν τοῦ ζητηθέντος παρὰ τῶν ὑπηκόων ὄρκου. διὰ*
- V. 148 *δὴ τοῦτο τέως ἠρέμησεν ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν ἀπαίτησιν ἔπαυσε τῶν Βεῖρημένων ὄρκων. ἐσκέπτετο δὲ ἤδη, πῶς ἂν πρὸς τὴν φυγὴν 10 ἐμποδῶν τοῦ ἐγγόνου καὶ βασιλέως γένοιτο. ἐδεδίει γὰρ μὴ ἀπελθῶν καὶ βοήθειαν ναυτικὴν παρὰ Λατίνων λαβὼν τὰ τε Ῥωμαίων συγκυκλήσῃ πράγματα καὶ ἅμα τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τυραννικῶς πως ὑφέληται. ὅθεν λαθραῖον ἐπέστησε φύλακα τούτου τὸν Συργιάννην ἄρτι τῆς εἰρκτῆς ἐξιόντα. ἦν γὰρ αὐτὸς πρὸ βραχείος ἐν 15 εἰρκτῇ δεινοτάτῃ δι' αἰτίας, ἃς ἄνωθεν ποθεν ἀρξαμένους δίκαιον ἀφηγήσασθαι, ἵνα δὴ καὶ οἷς τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα οὐκ ἔγνωσται γνώριμα κατασταίη.*
- C δ'. *Τούτῳ μήτηρ μὲν ἦν μία τῶν κατὰ γένος τοῖς βασιλεῦσι προσηκουσῶν εὐπρεπῆς καὶ κοσμίᾳ· πατὴρ δὲ τῶν ἐκ Κομάνων 20 ἐπίσημος, οἱ παρὰ τῶν ὑπερβορείων Σκυθῶν πρὸ χρόνων συχῶν, ὡς εἰρήκαμεν, Ἰωάννη τῷ βασιλεῖ προσεθρόύησαν. οὗτος ὀξύτητι φύσεως, πρὶν τὴν τῶν παιδῶν παραδραμεῖν ἡλικίαν, ἐν τοῖς*
14. τοῦτον Petav. 18. γνώρισμα A. 22. εἰρήκαμεν A.

suppositum illum Michaëlem suspicionem converterit. Inde tumultuosa omnium consilia, et malorum creberrimae machinationes, quae tacitis vobis differebantur. Ergo aliis Maiestatis metu ad iusiurandum adacti: plerique palam detrectare ausi: quos in tanta rerum perturbatione violenter cogendos Imperator non censuit. Iam enim Imperatorem nepotem suum videbat ob infinitum illud iusiurandum a subditis exactum de fuga cogitare. Ob eas res tantisper quievit, et ab exigendo iureiurando destitit. Deinceps secum agitare coepit, quemadmodum Imperatorem nepotem suum fuga prohiberet: veritus, ne si ad Latinos confugeret, navalibus eorum copiis adiutus rem Romanam turbaret, atque Imperium sibi per tyrannidem usurparet. Proinde occultum ei custodem apposuit Syrgiannem nuper e carcere productum. Hic enim paulo ante arctissima in custodia certis de causis habitus fuerat, quas paulo altius repetito principio par est hoc loco reddere, ut qui historiam eius viri nesciunt a nobis eam accipiant.

4. Huic mater erat cum Imperatoribus sanguine coniuncta; pari specie corporis ac modestia. Pater illustri loco oriundus e Comanis, illis scilicet, qui ante multos annos ex Hyperboreis Scythiis, uti supra memoravimus, ad Ioannem Imperatorem sese transtulerant. Syrgiannes porro ante quam pueritiam excederet, summa ingenii celeritate praeditus, magnum sibi

λόγοις λαμπρὸς ἀνεφάνη. ἔπειτ' ἐπιμελῶς ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς παιδευθεὶς κράτιστος κὰν τούτοις ἔδοξε διὰ τε ῥώμην σώματος καὶ γνώμης βαθύτητα καὶ οἷον εἰπεῖν δαιμονίαν τὴν σύνεσιν. (B.) Πέμπτον δ' ἄρτι καὶ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίας ἔτος ἀμείβων

A. C.

1282

ad

1328

Imp. Andron.
Senioris.

5 πέμπεται πρὸς τοῦ βασιλέως στρατηγὸς καὶ διοικητῆς μιᾶς τῶν D
περὶ Μακεδονίαν ἐπαρχιῶν, ἣ τοὺς Ἰλλυριοὺς μάλιστα ὁμοροῦν-
τας ἔλαχε. φιλοδωρότατος δὲ ὦν καὶ μηδὲν ἴδιον κτώμενος καὶ
μηδὲν πλέον ἔχειν βουλόμενος τῶν ὅσοι τούτῳ συνασπίζοντές τε P. 183

10 γνώμης ἀπάντων ἐξιδιώσατο, ὡς ἥδιον πάντας ἡγεῖσθαι πολλῶν
θνήσκειν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἢ ζῶντας ὄρῃν τὸν ἥλιον ἄνευ αὐτοῦ. ἦν
δὲ καὶ δεινὸς ὁ ἀνὴρ εἶπερ τις πόρους ἐν ταῖς τῶν περιστάσεων
ἀπορίαις εὐρίσκειν καὶ τοῖς ἀμηχάνοις τῶν πραγμάτων μηχανὰς
τινας καινοτέρας χαρίζεσθαι καὶ τόλμαν ἔμπρακτον ἐνδείκνυσθαι

15 πανταχῇ, ὡς ἐκπλήττεσθαι πάντας ὄρωντας τὸ μεγαλοφνὲς τοῦ B
ἀνδρός. (Γ.) Ἐν τι μόνον ὥσπερ τι νόσημα πονηρὸν εἰς τὰς
αὐτοῦ πράξεις παρεισφθαρὲν ἐκιβδήλευσε πάσας καὶ ὥσπερ σώμα-
τος καλοῦ καὶ χαρίεντος καὶ γενναίου τὰς ὕψεις δεινῶς ἀφαιρού-
μενον ἀτερπῆ τὰ τέλη καθίστα καὶ ἀνόνητα τὰ γεώργια. παρα-

20 σπονδῶν γὰρ πρῶτον μὲν πράγματα παρεῖχε τοῖς ὁμόροις Τριβαλ- C
λοῖς καὶ Αἰτωλοῖς καὶ Ἀχαρνῶσιν· ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἀπαλλαγείς, V. 149.
ὡς εἰρήσεται, τοὺς τε καὶ βασιλέας καὶ τὰ τῶν βασιλέων συνέχεε
πράγματα. διὸ καὶ ἑαυτῷ φαῦλον προὔξενησε τέλος. καθαιρεθεὶς

7. δὲ] τὲ W. καὶ μηδὲν πλ. ἔχειν βουλ. A., μηδὲ πλ. μηδὲν ἔχ.
βουλ. W. 17. ἐκιβδήλευε A. 22. συνέχει A. 23. διὸ add. A.

in doctrinis nomen peperit. Hinc apprime rem militarem edoctus, facile in ea princeps est habitus, non modo corporis robore, sed et animi prudentia, ac divina ut ita dicam sagacitate. (II.) Annum autem iam quintum et vigesimum excedens, ab Imperatore dux et administrator provinciae cuiusdam Macedoniae, quae Illyrios potissimum vicinos habet, ablegatur. Et quia liberalissimus erat, nihilque privatim possidebat, nec plus sibi vindicabat quam quivis eorum, quibus pro se et circa se dimicantibus in medio pugnarum aestu uteretur, sic animos omnium sibi devinxit, ut pro illo mortem oppetere iucundius eis foret, quam sine illo lucem intueri. Ad haec in rebus dubiis ac paene deploratis praesentissimo erat consilio, et e summis difficultatibus mira solertia sese explicabat: nec illi, cum res postularent, audacia deerat, ut omnes praeclaram indolem eius admirarentur. (III.) Una res tantum, veluti morbus quidam malignus in eius actiones obrepens, eas omnes corrumpebat, ac tanquam oculis pulchro et eleganti et robusto corpori ereptis, easdem ipso exitu tristes et infructuosas efficiebat. Nam primum ruptis foederibus, finitimis Triballis, Aetolis et Acarnanibus negotia facessebat. Postea cum inde discessisset, ita ut dicturi sumus, Imperatores eorumque res turbabat. Quamobrem sibi ipsi malum exitum conciliavit.

A. M. 6791 ad 6836
 Imp. Andron. Senioris.

γὰρ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς καὶ μετ' ὀλίγον χρόμασιν ὑπελθὼν τοὺς τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύοντας ταύτην τε αὐθις ἀναλαμβάνει καὶ ἅμα τὸ τοῦ πικέρονου τιμᾶται ἀξίωμα. ὅθεν καὶ ἀποστασίαν ὠδίνων ἐξέβόηξε ταύτην ἐκεῖσε ἐλθὼν ἐν οὐ μακρῷ τῷ χρόνῳ.

Δέγνωσται γὰρ ἰδιοποιούμενος ἦν ἤρχεν ἐπαρχίαν καὶ τῆς τῶν βασι- 5
 λέων ἐξουσίας λάθρα δύστων. (Δ.) Ὅθεν καὶ δόλω παρὰ Μονο-
 μάχου τοῦ Μυστικῷ ἀλίσκεται καὶ δέσμιος ἐς τὸν βασιλέα πέμ-
 πεται. ἦν γὰρ τηρικαῦτα καὶ οὗτος Μονομάχος μέρος τι διοικεῖν
 τῆς Μακεδονίας παρὰ τοῦ βασιλέως πεμφθεῖς· καὶ διὰ τὴν ἐγγύ-
 10
 Εἴητα τῶν ἐπαρχιῶν συχνὰ προσιῶν καὶ ἐπιμιγνὺς τῷ Συργιάννῃ
 καὶ ἰγνηλατῶν τὰ ἐκείνου ἀπόβόητα καὶ φίλος εἶναι ὑποκρινόμε-
 νος δόλοις δόλους ἐβόησεν· ἕως δόλω συνειληφὼς δέσμιον, ὡς
 εἰσῆκειμεν, τοῦτον ἐπεπόμφει τῷ βασιλεῖ. ἀλλὰ γὰρ εἰρκτῆ παρα-
 δοθεῖς διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν ὁ Συργιάννης ἔμεινε χρόνον ἐν
 ταύτῃ συχνόν. ἐπεὶ δὲ ἡ μήτηρ αὐτῷ διέλιπεν ὀδυρμοῖς καὶ δάκρυσι 15
 προσιοῦσα τοῖς περὶ τὸν βασιλέα καὶ ἰκετεύουσα καὶ τὸν νύεα ἐξαι-
 20
 Φτουμένη καὶ πάσας ἐγγύας προβάλλουσα, ὅπῃ καὶ μόλις ἐδυνήθη
 τῆς εἰρκτῆς αὐτὸν ἐξελέσθαι· πλὴν οὐ πρότερον, πρὶν ἂν ἐγγρά-
 φους αὐτὸν ἀποδοῦναι τῷ βασιλεῖ τοὺς ὄρκους ἐνώπιον τῆς θείας
 εἰκόνας τῆς ὑπεράγνου Θεομήτορος τῆς Ὁδηγητορίας, μὴ τοῖς τοῦ 20
 βασιλέως προστάγμασιν ἐναντία ποτὲ διαπράξασθαι. (Ε.) Ἀλλὰ
 γὰρ οὕτω πάσης ὑποψίας ἀπολυθεῖς ὁ ἀνὴρ καὶ πᾶσαν εὐνοίαν

3. ὅθεν add. A. 8. Μονομάχ. A., Μονόμαχ. W. 13. τοῦτον
 om. A. 18. αὐτὸν add. A.

Eum videlicet magistratum sibi abrogatum, largitione corruptis iis qui apud Imperatorem multum poterant, brevi recuperat, ac praeterea Pincernae dignitate ornatur. Unde et defectione animo concepta illuc profectus brevi effecit, ut quae parturierat in actum erumperent. Compertum enim est, eum provinciam, quam regebat, propriam sibi asserere, et clanculum Imperatoriae potestati subtrahere. (IV.) Quare dolo a Monomacho Mystico capitur, et ad Imperatorem vinctus mittitur. Nam et ipse Monomachus in Macedoniam ab Imperatore missus, illic regioni cuidam praeerat, et ob vicinitatem provinciarum Syrgiannem crebro adibat. Cum itaque apud illum frequens esset, arcana eius investigabat, et per amicitiae speciem alios ex aliis dolos nectebat; donec eundem astu comprehensum et in vincula, ut diximus, coniectum ad Imperatorem misit. Ob illud crimen Syrgiannes in custodiam datus diu carcere inclusus mansit. Sed cum eius mater gemitu et lacrymis aulam quotidie impleret, et quavis cautione oblata filium supplex reposceret, aegre tandem impetrare potuit, ut e carcere educeretur. Non prius tamen id obtinuit, quam ille scripto iureiurando coram sacrosancta imagine castissimae Dei genitricis Hodegetriae praestito, cavisset Imperatori, nunquam se eius iussis postea adversaturum. (V.) Sic ille omni suspicione liberatus Principi bene merito optime velle credebatur: a quo et

διασώζειν πιστευόμενος πρὸς τὸν εὐεργέτην καὶ ἀποθόρητον ἤδη A. C.
 καινωνὸς ἤξιούτο γίγνεσθαι, ὡς πιστευθῆναι λοιπὸν καὶ τουτὶ 1282
 τὸ ἀπόθρητον, λέγων, τὸ φύλαξ λανθάνων περιϊέναι καὶ προσίεναι ad
 τῷ ἐγγόνῳ τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκῳ τῷ βασιλεῖ, μὴ λάθῃ φυγῶν, 1328
 ὡς ἐφθήμεν εἰρηκότες. ὁ δὲ, εἰ χρὴ ταῖς τῶν πολλῶν ὑπολήψεσι Imp. Andron.
 πείθεσθαι, φίλαρχος ὢν αἰεὶ καὶ καιροῦ μὴ τυχῶν οὐδέπω τὸ Senioris.
 βουλούμενον ἐνδείξασθαι τῆς ψυχῆς νῦν ἔγνω καιρὸν εἶναι τοῦτον P. 184
 ὑπὸ τῆς τύχης παρεσχημένον κατ' ἀλλήλων τοὺς βασιλέας ἐκπο- B
 λεμιώσας καὶ τὰ Ῥωμαίων οὕτω συγκυκλήσας ἅπαντα πράγματα,
 10 τῶν σκῆπτρων αὐτὸς ἐπιβῆναι· ἢ τό γε δεύτερον, μέρος τῆς ὅλης
 τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀποτεμνόμενος εἰς οἰκείαν ἀρχὴν αὐτὸ
 καταστήσασθαι. ὅθεν Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ προσελθὼν
 ἅπαν τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ἀνεκάλυψε τὸ ἀπόθρητον, λέγων·
 ὡς, ἐμὲ μὲν οἶά τινα κίνα ῥινηλατοῦσαν τὰ σὰ βουλευμάτα τέταχεν C
 15 ὁ βασιλεὺς περὶ σε· ὁ δὲ κάθηται συσκευάζων ἀγχόνας καὶ δεσμὰ
 κατὰ σοῦ· σὺ δ' ἄγροῶν κάθησαι νηπίων βουλευμάσι γανροῦμε-
 νος. τί γάρ σοι τὸ ὄφελος ἀποπλεύσαντι λάθρα πρὸς ἄλλοτριαν
 οἴχεσθαι χώραν, ἔνθα καθάπερ δούλῳ δεῖσει καθημένῳ πρὸς
 ἄλλοτριαν βλέπειν τράπεζαν, ὅπῃ ἴσως μηδὲ φονεῦσιν ἐντύχῃς
 20 τοῖς ξενίζουσι, μηδὲ ταῖς τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ἄρχυσι καὶ D
 πάγαις ἀλῆς; εἰ δὲ πάντα πρὸς λήθης βυθοὺς τὰ νηπιώδη ταῦτα
 εἴψας βουλευμάτα πεισθείης ἐμοὶ τὰ βελτίω σοι καὶ σωτήρια συμ-
 βουλευόντι, οὐκ ἂν φθάνοις τὰ σκῆπτρα τῆς αὐτοκρατορίας
 λαμβάνων ἀπονητί. μίαν γὰρ ἀνυσιμωτάτην ὄρω πρὸς τοῦτο φέ-

is honor ei habitus est, ut etiam arcanorum particeps fieret. Ac inter cae-
 tera illud quoque eius fidei commissum fuit, ut furtivus veluti custos Impe-
 ratorem Andronicum iuniorem circumeundo adeundoque, ne clandestinam
 fugam moliretur, observaret; quemadmodum supra diximus. At ille, si
 quid vulgi opinionibus credendum est, homo semper ambitiosus, cui mentis
 declarandae hactenus defuisset occasio, oblatum denique a fortuna oppor-
 tunum tempus adesse existimavit, quo Imperatoribus inter se bello com-
 missis, et rebus Romanorum omnino sic perturbatis, ipse sceptris potiretur;
 aut saltem portione aliqua a toto Imperio recisa, proprium sibi principatum
 constitueret. Itaque Imperatorem Andronicum iuniorem adit, eique avi
 Imperatoris arcanum omne consilium aperit. „Me,” inquit, „Imperator ve-
 luti sagacem canem tuas cogitationes odorari iussit: et cum ille catenas
 tibi et vincula fabricetur, tu ignarus puerilia consilia agitas. Quid enim tibi
 profuerit clam in altum deferri et peregre abire, ubi aliena quadra (quod
 aiunt) vivendum tibi erit, si res optime cadat, et non illud accadat, ut ab
 hospitibus aut trucideris, aut in Imperatoris avi casses laqueosque incidas.
 Quod si istis cogitationibus, quae puerum sapiunt, penitus oblivioni tradi-
 tis, meliora et salutifera consilia, qualia ego daturus sum, sequi volueris,
 nihil obstabit, quominus summam potestatem primo quoque tempore citra ul-
 lum laborem arripias. Etenim unam esse video, qua id assequare, effica-

- A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.
V. 150
- ρουσαν ἀφορμὴν, ἣν φυγὼν τὸ Βυζάντιον ἐς τὰς τῆς Θράκης ἐκ-
δράμης πόλεις καὶ χώρας. φύσει γὰρ χαίροντες ταῖς καινοτομίαις
τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος καὶ ἅμα βεβαρημένοι τοῖς συγχοῖς φόροις
οἱ ταλαίπωροι Θραῖκες, ἣν κουφισμὸν καὶ ἐλευθερίαν ἔξελθὼν
κηρύξῃς, ἄσμενοί σοι πάντες ἔφονται πρὸς ὅπερ ἂν αὐτὸς ἐθέ- 5
E
λοις, τὴν πρὸς τὸν πάππον καὶ βασιλέα πολυετῆ δουλείαν ῥῆστα
λακτίσαντες καὶ ὡσπερ τινὰ Ταντάλειον φόρτον ὑποσεισάμενοι.
εἰ γοῦν ἀρεστὸν τὸ ἐμὸν σοι τόδε φαίνοιτο βούλευμα, ἐγὼ καὶ
F
Fταμίας καὶ χορηγός σοι τοῦ δράματος ἔσομαι καὶ πάντα τὸν
ἄθλον ὑποστάς τὴν ταχίστην ἐκτελέσω· ἣν μόνον καὶ σὺ μοι 10
ὑποσχέσθαι ἐθέλῃς καὶ δοῦναι πιστὰ τὰ ἐχέγγυα περὶ τῶν ἀξίων
γερῶν καὶ ἐπάθλων. τίνα δὴ ταῦτα; ἀξιωματίων λαμπρότητες καὶ
χωρία πολλὰ καὶ πολλὴν τὴν ἐπέτειον παρέχεσθαι δυνάμενα πρόσ-
οδον· καὶ ἐπὶ τούτοις μηδένα τῶν πάντων δύνασθαι πλέον ἐμοῦ
P. 185
παρὰ σοι, μηδεμίαν τινὰ πραγμάτων κατάστασιν περαινεσθαι 15
παρὰ σοῦ, πλὴν τοῦ καμὲ συνειδέναι. ὁρῶς γὰρ, ὅπως τῶν συμ-
φορῶν ἐθελοντῆς σοι γίνομαι κοινωνὸς καὶ τῶν κινδύνων ἀνθαι-
ρέτως συναίρεσθαι βούλομαι, πάντας ἐκείνους τοὺς πρὸς τὸν
βασιλέα τῆς σῆς ἀγάπης ὀπίσω θέμενος ὄρκους· καὶ εἴ τι δεινὸν
κατὰ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς τὸ τῆς τύχης φέρῃ παράλογον, προθύ- 20
μως φέρειν παρήνεσα ἐμαντῶ. ταῦτα τοίνυν θεώμενος πρόθυμος
B
γίνου καὶ σὺ περὶ τὰς ὑποσχέσεις τῶν ἐμῶν ζητημάτων, ἣν σώ-
ξεσθαι θέλῃς. ἐπεὶ δ' ἡ τῶν πραγμάτων ὀξύτης ἡμᾶς οὐκ ἔα τὰ
παρόντα σχολαιώτερον διατίθεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ ξυροῦ ἡμῖν ἡ ἀκριβή

1. ἐκδράμης A., δράμης W. 16. τοῦ add. A. 20. τῆς om. A.

cissimam rationem. Nimirum Byzantio fugiendum et ad Thraciae urbes provinciasque excurrendum. Nam cum et humanum ingenium novis rebus gaudeat, et miseri Thraces crebris exactionibus vexentur, si levationem onerum et libertatem proclamaveris, ultro omnes te quo volueris prae-euntem sequentur, avi tui diuturno iugo facillime excusso, quasi Tantalei cuiusdam saxi mole a cervicibus depulsa. Hoc consilium tibi si placet, ego huius negotii procurator et administer futurus sum; ego omnem istius certaminis laborem suscipiam ac brevi conficiam; modo et ipse mihi pollicearis, et certis pignoribus fidem obstringas, te pro dignitate labores meos remuneraturum. Quae vero ista praemia sunt? illustres dignitates; multa praedia, quae magnos annuos redditus afferre possint: praeterea, ne quisquam auctoritate apud te mihi praeferatur, nec a te quicquam nisi me conscio in republica ordinanda constituatur. Etenim, vides, calamitatum tuarum particeps et periculorum socius volens lubensque accedo, posthabita caritati tuae etiam iurisiurandi religione, qua sum Imperatori obligatus. Quod si fortunae temeritas mali aliquid capiti meo illatura est, id alacriter esse ferendum ipse mihi imperavi. Quibus consideratis et tu non gravatim meis petitionibus annuito, si salvus esse vis. Cum autem hic temporis articulus moram deliberationis non admittat, sed procrastinantibus extremum discrimen

περιίσταται τοῦ κινδύνου μελλήσασι, φέρε καὶ ἑτέροις τῆς γνώ- A. C.
 μης ταυτησὶ κοινωνήσωμεν, οἷ διὰ τὴν πρὸς τὸν βασιλέα ἀπέ- 1282
 χθειαν οὐδ' ἡμῶς καὶ τὰ τοιαῦτα μυστήρια προδοῦναι ἀνάσχοιντ' 1328
 ἂν καὶ τῇ παρουσίᾳ χρεῖα ἐς καιρὸν ἐν τοῖς μάλιστα γένοιτ' ἂν. Imp. Andron.
 Senioris.

5 (5'.) Καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς τὰς τε ὑποσχέσεις τούτω τῶν C
 ζητημάτων ἐγγράφους μεθ' ὄρκων ἐδίδου· καὶ παρήσαν οἱ τῶν
 μυστηρίων ἐσόμενοι κοινωνοὶ, Ἰωάννης τε ὁ Καντακουζηνὸς καὶ
 Θεόδωρος ὁ Συναδηνός, ὁ μὲν τῇ τοῦ μεγάλου παπίου τηρικαῦτα
 σεμννόμενος ἐπικλήσει, ὁ δὲ τῇ τοῦ δομεστίκου τοῦ ἐπὶ τῆς τρα-
 10 πέξης τῆς βασιλικῆς· καὶ τρίτος Ἀλέξιος ὁ Ἀπόκαυκος, δομέστι- D
 κος καὶ αὐτὸς τηρικαῦτα τῶν δυτικῶν θεμάτων ἀκουόμενος καὶ
 τῶν ἄλλων τὴν διοίκησιν ταμιουλικῶν. οὗτος μὲν οὖν οὐ πάντῃ τῶν
 εὐγενῶν ἦν, βαθυγνώμων δὲ ἀνὴρ καὶ εὐμήχανος καὶ δόλους συν-
 θεῖναι δεινός· ἄμφω δ' ἐκεῖνοι κατὰ γένος τῷ βασιλεῖ προσήκον-
 15 τες· πλὴν ὁ μὲν Καντακουζηνὸς καὶ ἡλικιώτης ἦν καὶ ὁμόψυχος
 καὶ ὁμόπινος ἐξέτι νέου τῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ διὰ τε τὴν τῆς E
 γνώμης ὀρθότητα καὶ τῆς γλώττης ἀλήθειαν καὶ τὸ τοῦ ἦθους
 καιρίον· ὁ δὲ Συναδηνός ὁμοίως τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ
 Μιχαήλ, ἕως ἦν ἐκεῖνος ἔτι ζῶν. οὗτοι τοίνυν ὥσπερ ἐκ μιᾶς
 20 οἰνοχόης τὸ ἀπόβόητον ἐκεῖνο δεξάμενοι βούλευμα δαλδὸς ἦσαν εἰς
 πῦρ καὶ ἵππος εἰς πεδίον. οὕτω φρατρία τις ἀβόραγῆς εὐθὺς οἱ
 ἄνθρωποι ἐγεγόνεισαν καὶ ὀρκωμοτήρια φρίκης μεστὰ ζυνετίθουν F

5. καὶ add. A. 9. τοῦ ἐπὶ add. A. 10. ὁ ante Ἀποκ. add. A.
 16. ἐξέτι A., ἐξ ἔτι W. 20. ἦσαν] ἦσαν male con. Boiv. 21. φα-
 τρία A.

men impendat: age, cum aliis etiam hoc consilium communicemus, qui ob Imperatoris odium neque nos neque arcana haec prodituri sint, sed institutum nostrum opportuno auxilio adiuvare plurimum possint." (VI.) His conditionibus Imperator, quae ille petierat, ea perfecturum se scripto iureiurando promittit. Adsunt etiam arcanorum futuri conscii, Ioannes Cantacuzenus et Theodorus Synadenus; ille tum magni Papiæ titulo honoratus, hic Domestici mensae Imperatoriae: et cum iis tertius, Alexius Apocaucus, Domesticus et ipse tunc occidentalium provinciarum, et salinis praefectus. Hic non admodum nobilis, sed prudens erat et solers, et dolis fabricandis mire aptus. Illi vero ambo Imperatorem cognatione contingebant. Verum Cantacuzenus etiam aequalis et unanimis et concordia ab ineunte aetate cum Imperatore Andronico coniunctus fuerat propter animi candorem, et sermonum veritatem, et quia moribus commodis praeditus erat. Synadenus autem cum patre Andronici Michaële Imperatore, dum is superstes esset, coniunctissime vixerat. Illi igitur ad arcanam illam deliberationem tanquam ad eiusdem poculi communem haustum admissi, faces veluti fuerunt, quae igni admotae incendium auferent; aut veluti equitatus in apertum campum emissus. Sic societatem vinculo irrupto firmatam statim coivere, horribilibus iuramentis adhibitis; magnarum autem remunera-

- A. M. 6791 ad 6836
 Imp. Andron. Senioris.
 V. 151
 P. 186
 B
 C
 D
- τε καὶ ἐδίδοσαν καὶ ὑποσχέσεις μεγάλων ἀντιδόσεων καὶ γερῶν ἀντελάμβανον. (Z.) Τούτων οὕτω ξυμβάντων ἔργου εἶχοντο ὅλη σπουδῇ τε καὶ γνώμῃ. καὶ πρῶτα μὲν χορήμασι περιελθόντες τοὺς τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύοντις ὅ,τε Συργιάννης καὶ ὁ Καντακουζηνὸς ὄνιον εἰλήφεσαν τὴν ἐπιτροπὴν τῶν ἐν Θράκῃ χωρῶν καὶ πόλεων· ὁ μὲν τὰ τε πλεῖστα τῆς μεσογείου καὶ τῆς παραλίου πάσης ἄχρι τοῦ ἀκροτάτου Ῥοδόπης· ὁ δὲ Καντακουζηνὸς ὀλίγα τῆς μεσογείου μόνης, ὅποση τῆς Ὀρεστιάδος ἐστὶ περιόικος. ἐπὶ τούτοις στρατεύματα συνεκρότου καὶ ὅπλα παρεσκευάζοντο καὶ στρατιώτας ἄλλους ξυνέλεγον, νεήλυδάς τινας, καὶ ὀπόσοι 10 δι' ἔνδειαν τῶν χρειωδῶν ἀπόμαχοί τε καὶ ἄπρακτοι διῆγον τὸν βίον· καὶ πρὸς γε ἔτι τοὺς μὲν οἰκειοτάτους καὶ πιστοτάτους αὐτῶν φύλακας ἐποιούντο τῶν πόλεων· τοὺς δ' ἐπόπτως ἔχοντας πρὸς ἀντίστασιν τῶν μελετωμένων ἄλλαις ἄλλως προφάσεσιν ὑποβάλλοντες ἐξετίθουν τῶν πόλεων. ταῦτα δ' ἐποίουν κηρύξαντες 15 πρότερον ἔφοδον, νῦν μὲν τῶν Παριστρίων Σκυθῶν, νῦν δὲ ναυτικῆς τινος δυνάμεως τῶν ἐξ Ἀσίας Τούρκων, ἵν' ὑπὸ παραπετάσματι τῇ τοιαύτῃ καλυπτόμενοι φήμῃ ἀνύποπτοί τε διατελοῖεν καὶ ἅμα ἐπαίνων ἄξιοι παρὰ τῷ βασιλεῖ γίγνοιτο προμηθείας ἕνεκα καὶ σπουδῆς. ἀλλ' ὁ μὲν Συργιάννης τοιαῦτα λανθάνων 20 ἐδραματούργει καὶ συχνὰ τῷ νέῳ ἐμήνευε βασιλεῖ λάθρα τὰ τε πραττόμενα καὶ πραχθησόμενα.
- Ε'. Τῷ δὲ βασιλεῖ τὸν ἔργονον βλέποντι ἀνεπιστρόφως τε ἔχοντα καὶ περιφρονητικῶς ἐς τὰς αὐτοῦ διακείμενον παραινεῖσις
3. τὲ add. A. 18. τὲ add. A.

tionum ac praemiorum promissionibus vicissim acceptis. (VII.) Quae cum in hunc modum inter eos convenissent, rem ipsam summa diligentia et alacri studio aggrediuntur. Ac principio Syrgiannes et Cantacuzenus, pecunia circumventis aulae proceribus, procurationem Thracensium urbium et provinciarum redimunt; ille maximam partem mediterraneae regionis et orae totius maritimae usque ad summum Rhodopes sortitus; Cantacuzenus vero exigua eaque mediterranea, quae Orestyadi adiacent. Deinde copias contrahunt, arma parant, et novos milites colligunt, advenas scilicet quosdam et alios qui ob egestatem neque militarent, nec quicquam rei gererent. Ad haec familiarissimos suos et fidelissimos custodiae civitatum praeponabant: eos vero qui suis consiliis adversaturi videbantur, alios aliis de causis Urbe eiiciebant. Quae antequam facerent, nunc impressionem Scytharum Danubium accolentium, nunc Turciae classis ex Asia adventum proclamabant, ut sub eius famae obtentu tanquam sub velo aliquo delitescerent, suspicionem vitarent, iidemque providentiae ac diligentiae ergo laudari ab Imperatore mererentur. At Syrgiannes haec clam machinabatur, et iuniori Imperatori subinde et quid actum et quid agendum esset nunciabat.

5. Imperator autem, cum nepotem cerneret sua monita negligere et contemnere et in eadem semper morum licentia perseverare, decrevit eum

καὶ αὐτὴ τῇ συνήθει τῶν ἡθῶν αὐτονομία χρώμενον ἔδοξεν ἐλέγ-
 ξαντι πρότερον αὐτὸν ὑπὸ τῷ πατριάρχῃ καὶ τῇ συγκλήτῳ, ἔπειτα
 τῇ εἰρκτῇ παραπέμψαι δεσμιώτην. ἀλλὰ τότε μὲν τὴν μελέτην
 ἐπέσχεν ὁ λογοθέτης τοῦ γενικοῦ Θεόδωρος ὁ Μετοχίτης, ἀτε-
 5 λεισφόρητον τὴν προᾶξιν ἔσεσθαι μαντευόμενος διὰ τὴν τῶν ἡμερῶν E
 ἄνεσιν. ἀπόκρεω γὰρ ἦν καιρὸς, ὁπότε πρὸς εὐωχίας ἀβροτέρως
 καὶ ἀκρατοποσίας διδύσασιν ἄνθρωποι καὶ τολμηρότεροι γίνονται
 διὰ τὴν τοῦ οἴνου παραφορὰν πρὸς στασιώδεις ὁρμὰς· καὶ δέος
 εἶναι μὴ οὐ κατὰ γνώμην εὖρη τὴν ἀπόβασιν ἢ μελέτη, τῆς τύχης
 10 ὡς τὰ πολλὰ τερατενομένης καὶ τάναντία τῶν δοξάντων πολλὰκις P. 187
 βλαστανούσης ἑξαίφνης. (B.) Ὁ μέντοι λογοθέτης τοῦ γενικοῦ
 ἄρτι τοῦ νεουργεῖν ἐπέπαυτο τὴν τῆς Χώρας μονὴν, ὁπόσος ὁ
 ἔνδον ἐτύγγανε κόσμος. ὕθεν ἐφιλοτιμεῖτο συνδιανυκτερεύειν ἐν
 ταῖς παννυχίσις ἔσθ' ὅτε μετὰ τῶν μοναχῶν. ἐπεὶ οὖν ἤκε τὸ τῆς
 15 πρώτης ἑβδομάδος τῆς τεσσαρακοστῆς σάββατον, ὁπότε δὴ καὶ V. 152
 ἔμελλε τῇ ὑστεραίᾳ κηρύττεσθαι δημοσίᾳ τῶν ὀρθοδόξων ἢ μνήμη
 βασιλέων ὁμοῦ καὶ πατριαρχῶν, ἐληλύθει καὶ οὗτος συνήθως ἐς B
 τὴν ἐξ ἑσπέρας ἐκείνης παννυχίδα. περὶ δὲ μέσας νύκτας ἄμα
 αὐτῷ συνισταμένων ἡμῶν καὶ τῆς δοξολογίας ἀκουόντων ἤκει τις
 20 ἐκ βασιλέως, καινοτέραν τινὰ κομίζων αὐτῷ ἀγγελίαν καὶ ζητῶν
 τὴν τῆς αὐτοῦ γνώμης κρίσιν. „ἄρτι γὰρ,” φησὶ, „τῶν περὶ τὸν
 βασιλέα πελεκυφόρων καὶ στρατιωτῶν καὶ ξιφηφόρων καταδαρ-
 θάνειν μελλόντων ἐξηνέχθη χρεμετισμὸς πάντα περιηχῶν τὰ
 βασίλεια, ὡς ἐκπλαγῆναι πάντα τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις. ἀωρίας C

1. ἐθῶν W. 9. οὐ μὴ W. 18. ἐκείνην A.

coram patriarcha et patribus conscriptis primum obiurgare et convincere; deinde in vincula et in carcerem conicere. Caeterum id eius propositum Logotheta generalis Theodorus Metochita tum inhibuit, quod eius rei executionem frustra susceptum iri auguraretur, ob solennem illis diebus morum dissolutionem. Etenim carnisprivii tempus aderat, cum lautioribus conviviis et meracioribus poculis dediti mortales prae vini intemperantia facilius ad seditiones concitantur. Quare metuendum esse aiebat, ne inceptum ex sententia haud procederet, quandoquidem fortuna plerumque prodigiis gaudens contrarios spei eventus soleret subito edere. (H.) Desierat modo Logotheta generalis monasterium Chorae omni ornamento interiore absoluto renovare. Quocirca in pervigiliis nonnunquam illuc pernoctare cum monachis studebat. Prima igitur Quadragesimae hebdomade, cum dies sabbati advenisset, cuius postridie orthodoxorum Imperatorum et patriarcharum memoria publico praeconio commendanda erat, tum quoque ad illius noctis pervigilium Logotheta de more venerat. Atque ibi sub mediam noctem cum et nos adessemus, et doxologiam una cum eo audiremus, quidam ab Imperatore adest, novum illi nuncium apportans, et eius sententiam exquirens. „Modo enim,” inquit, „cum Imperatorii bipenniferi et milites et ensiferi cubitum ituri essent, tantus subito hinnitus circa palatium exauditus est, ut omnes quotquot intus erant per-

A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.

γὰρ οὐσης πολλῆς καὶ μὴ παρόντος τῶν ἵππων τινός, οὔτε τῶν βασιλικῶν, οὔτε τῶν συγκλητικῶν, οὔτε ἐντὸς βασιλείων, οὔτε πρὸ τῶν πυλῶν, θόρυβον τὸ τοῦ πράγματος παράδοξον ἐνεποίησε ταῖς τῶν ἀκουσάντων ψυχαῖς καὶ ἀλλήλων ἅπαντες ἐπνυθάνοντο. οὐπω δὲ τοῦ θορύβου πεπανμένου καὶ δεύτερος ἐξηνέχθη χρεμε-5 τισμὸς μελῶν τοῦ πρώτου, ὡς καὶ αὐτὸν αὐτήκοον τῆς ἡχοῦς

D γενέσθαι τὸν βασιλέα καὶ πέμπαντα ἔρεσθαι, εἴ τις εἰδείη, ὅθεν ὁ χρεμετισμὸς οὗτος ἐν ἀωρίᾳ τοσαύτῃ. ἀλλ' ἀκήκοε πλέον οὐδέν, ἢ ὅτι παρὰ τοῦ ἵππου τοῦ γεγραμμένου περὶ ἓνα τῶν βασιλείων τοί-
χων πρὸ τοῦ εὐκτηρίου τῆς Νικοποιοῦ θεοτόκου· ἵππον δὴ λέγω 10 τοῦτον, ὃ ἐποχεῖσθαι κάλλιστα Γεώργιον τὸν τοῦ Χριστοῦ μάρτυρα εἰργασται πάλα Παῦλος ἐκεῖνος ὁ τῶν ζωγράφων ἄριστος." πρὸς ταῦτα ὁ λογοθέτης χαριεντισάμενος, ὡς εἰώθει πρὸς τὰς τοῦ

E βασιλέως ἐρωτήσεις, „συγχαίρω σοι," ἔφησεν, „ὦ βασιλεῦ, τῶν μελλόντων ἕνεκα τροπαίων. οὐδὲν γὰρ ἕτερον οἶμαι σημαίνειν," 15 φησὶ, „τὸν παράδοξον τοῦτον τοῦ ἵππου χρεμετισμὸν, ἢ σὴν βασιλικὴν ἐκστρατείαν κατὰ τῶν τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν λεηλατούντων Ἀγαρηνῶν." (Γ.) Ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκηκοὺς μειρακίσκον ἕτερον αὐθις πρὸς αὐτὸν ἐπεπόμφει· „σὺ μὲν," λέγων, „εἴτ'

F ἔμοι τὰ τῆς θυμηδίας ὡς ἔθος λέγων, εἴτ' οὐκ οἶδ' ὅπως ταῦτ' 20 ἀποκρίνη, ἔοικας ἀγνοοῦντι. ἐγὼ δέ σοι τάληθῆ μοι δοκοῦντα καταλέξω. ὡς γὰρ ἡμῖν οἱ ἡμέτεροι πατέρες παρέδοσαν καὶ ἀλλοτέ ποθ' ὁ ἵππος οὗτος τὸν ὁμοιον ἐχρεμέτισε τρόπον, ὁπότε Βαλδουῖνος ὁ τῶν Λατίνων ἄρχων ὑπὸ τοῦ ἔμοῦ πατρὸς καὶ βα-

5. οὐπω] οὕτω W. 11. τὸν add. A. 24. τοῦ ἔμοῦ A., τοῦ μού W.

cellerentur. Intempesta enim nocte, cum neque Imperatorii neque Senatorii equi nec in ipso palatio, nec ante fores essent, improvisa res animos audientium perturbavit, et universi quidnam rei esset sese mutuo interrogarunt. Eo tumultu nondum sedato, alter hinnitus priore maior exauditus, cuius sonus ad ipsiusmet Imperatoris aures pervenit. Quamobrem ille misit sciscitatum, unde iste hinnitus tam alieno tempore. Sed nihil aliud audivit, nisi editum eum fuisse ab equo, qui in palatii pariete ante sacellum Deiparae Nicopoeae pictus foret: illum dico equum, cuius tergo Georgium Christi martyrem pulcherrime insidentem Paulus ille pictorum praestantissimus olim effinxit." Ad haec Logotheta iocatus, ut solebat ad Imperatoris interrogaciones: „Gratulor tibi," inquit, „Imperator, futuros triumphos. Monstrosum enim istius equi hinnitum nihil aliud indicare reor, nisi tuam adversus Agarenos Asiam nostram populantes Imperatoriam expeditionem." (III.) His Imperator auditis, alio adolescentulo ad eum misso: „Tu quidem," inquit, „isto responso, sive ut soles mei exhilarandi gratia, sive alia de causa dato, rem videris ignorare. Ego autem quid verum esse censeam, tibi dicam. Nam ut patres nostri nobis tradiderunt, equus iste alias etiam ad eundem modum hinniit, cum Imperator pater meus Balduino Latinorum

σιλέως ἔμελλεν ἀφαιρεῖσθαι τὴν μεγαλόπολιν ταύτην. πρὸς γὰρ
 τὸ παράδοξον τῆς ἀκοῆς συχνόν τινα χρόνον κάκεινος ἐθορυβεῖτο,
 κακὸν οἰωνὸν ἑαυτῷ λογιζόμενος τοῦτο. ἔπειτ' ἐν οὐ μακρῷ τῷ
 χρόνῳ τὸ πέρας εἶδε τὸν οἰωνὸν κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἐκτοξεύ-
 5 σαντα, ὅτε πορθουμένην τὴν μεγαλόπολιν ἑώρακε ταύτην ὑπὸ
 Ῥωμαίων." ὁ δὲ λογοθέτης οὐδὲν ἔχων πρὸς ταῦτα ἀποκρίνασθαι,
 „ἀπιθι," ἔφη πρὸς τὸν ἄνθρωπον, „ἐν γε τῷ παρόντι. ἐγὼ δ'
 ἔς τὴν ὕστεραίαν τὰς ἐμαντοῦ κομίσω τῷ βασιλεῖ ἀποκρίσεις."
 ἀλλὰ καὶ ὁ περὶ τὴν ἑῴαν ἀκρόπολιν ἰστάμενός κίων, ἐν ᾧ λόγος
 10 τὸν τοῦ Βύζαντος πάλαι σταθῆναι τοῦ κτίσαντος τὸ Βυζάντιον Β
 ἀνδριάντα, πρὸ πολλῶν καὶ αὐτὸς ἤρξατο σεῖεσθαι ἡμερῶν καὶ
 ἐπὶ πολλαῖς δ' ἐμφανῶς ἐσεῖετο ταῖς ἡμέραις, πάντων συντρε-
 χόντων καὶ θεωμένων. (Δ.) Ἐπεὶ δ' ἔς τὴν ὕστεραίαν ὁ μέγας
 ἀφίκετο λογοθέτης πρὸς τὸν βασιλέα, ἅττα μὲν αὐτοὶ κατὰ μόνας
 15 ἐκοινολογήσαντο πρὸς ἀλλήλους τότε μὲν οὐδεὶς ἔγνω τῶν πάντων.
 ἐκ σημείων μέντοι τινῶν στοχάζεσθαι ἡμῖν ἐξεγένετο ὕστερον, ὡς
 βιβλία τινὰ χρησιμολογικὰ ἐθεάσαντο, ἐν οἷς τινα τῶν μελλόντων C
 ἀσαφῶς τε καὶ ἀνιγματοδῶς παρ' ὅτων δήποτε ἐξετέθησαν· καὶ
 ἐπὶ τούτοις θεμάτιον ἐξέθεντο, δι' ὃ τῶν ἀστέρων τοὺς δρόμους V. 153
 20 ἔρρευνῶσιν ἄνθρωποι καὶ μελλόντων κερδαίνουσι πρόγνωσιν· ἐξ ὧν
 ἐχθρικήν τινα ἔφοδον ἐτεκμήραντο καὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων
 κινεῶνα καὶ ὁποιοιδή τινα τῆς βασιλικῆς ἡγεμονίας κίνδυνον.
 οὐ γὰρ συνῆκαν ὡς ὁ βασιλεὺς ὁ νέος Ἀνδρόνικός ἐστιν ὁ ταῦτα D

4. κεφαλῆς add. A. 6. δὲ add. A. 7. τὸν] πρὸς add. W.
 13. ὁ λογοθ. ἀφίκ. πρ. A. 19. διὸ τῶν ἀστέρ. A., δι' ὧν
 ἀστέρ. W.

principi Urbem hanc magnificentissimam erepturus esset. Quippe et ille
 rei audita insolentia aliquamdiu percussus trepidavit, sinistrum illud omen
 esse cogitans: nec multo post in caput suum effusas augurii minas ipso
 eventu expertus est, cum eandem hanc praeclaram urbem a Romanis va-
 stari vidit." Logotheta quoniam ad haec quid responderet non habebat,
 „abi nunc," homini illi dixit, „crastina die egomet meum responsum Im-
 peratori perferam." Quin et columna ante orientalem arcem erecta, in qua
 Byzantis, illius nempe qui Byzantium condidit, statuam olim positam fuisse
 fama est, ante multos dies et ipsa commoveri coepit: quae agitatio per dies
 complures manifesta extitit, omnibus ad spectaculum concurrentibus. (IV.) Po-
 stridie, cum magnus Logotheta ad Imperatorem venisset, tum quidem quid
 privatim inter se collocuti fuerint, nemo omnium scivit: post tamen ex in-
 diciis quibusdam coniecere nobis licuit, eos fatidica quaedam volumina in-
 spexisse, quibus futurae res incerto auctore obscure et per ambages expo-
 nerentur: deinde figura astrologica delineata, qua astrorum cursus indagare
 et praenotionem futurorum colligere homines solent, hostium adventum et
 reipublicae confusionem futuram auguratos esse, et quaecumque Imperatorii
 principatus discrimen. Neque enim animadvertabant Imperatorem Andro-

A. M. ποιήσων, τοῦ θεοῦ τὰ τοιαῦτα τρόποις ἀπόρητοις συγκρούποντος.
 6791 ὁθεν πολὺν ἔκαρπώσαντο φόβον καὶ φόρουβον λογισμῶν. ὁ γὰρ
 ad 6836 λογοθέτης μεστὸς ἐννοιῶν ἐκ τῶν βασιλείων οἴκαδε ἐλθὼν ἐκάθητο
 Imp. Andron. ἐπιπολὺν σιωπῶν καὶ μηδ' ὄλωσ μηδὲν πρὸς οὐδένα φθεγγόμενος.
 Senioris. ἀλλὰ στρέφων λογισμοὺς ἀεὶ περὶ τὸν νοῦν συγχοῦς καὶ τῶν μελ- 5
 λόντων πλήρεις κωφῶ τε καὶ μηδὲν αἰσθανομένῳ τῶν παρόντων
 Εἰς ἀτεχνῶς ἐόκει· καὶ ταῦτα τῆς συζύγου μετὰ τῆς θυγατρὸς παν-
 περσεβάστης καὶ τῶν υἱέων παρακαθημένων κατὰ τὸ εἰωθὸς καὶ
 Ἰλαράν τινα καὶ μειδιῶσαν ἐκδεχομένων γλῶσσαν ἀκηκοῦναι. ὅψε
 δ' ἀναγκασθεῖσα ἢ σύζυγος, αὐτὴ μὲν ἀφελῶς ὑπὸ φύσεως ἔχουσα 10
 πρὸς τὸ λέγειν, διένευσε πρὸς τὴν θυγατέρα τὴν πανπερσεβάστην,
 F φθέγγασθαι τι τῇ χρεῖα καὶ τῷ καιρῷ πρόσφορον. ἦν γὰρ αὐτὴ
 νεάζουσα μὲν τὰ τῆς ἡλικίας, ἀλλ' οὖν ἐπὶ μέγα συνέσεως ἦκουσα
 καὶ γλῶτταν παρὰ τῆς φύσεως εὐτυχήσασα οὐκ αὐτῇ μᾶλλον ἢ
 Πυθαγόρῳ καὶ Πλάτῳ καὶ τῶν σοφῶν τοῖς τοιούτοις μάλα 15
 προσήκουσαν. ἢ δὴ καὶ διάρασα πρὸς τὸν πατέρα τοὺς ὀφθαλ-
 μοὺς ἐλέξε τοιαύδε. (E.) „Τολμηρὸν μὲν ἴσως καὶ προπετείας
 δόξειεν ἂν πως μεστὸν, ὦ πάτερ, θυγατέρα νεάζουσαν ἔτι πρὸς
 πατέρα παρῆρησιάζεσθαι καὶ ἀμαθία συζῶσαν γλῶσσαν ἀτενίζεν
 P. 189 πρὸς τὸν τῆς σοφίας Ὀλυμπον. ἐπεὶ δ' ἢ τε μήτηρ προτρέπει 20
 καὶ μετὰ τοῦ πράγματος ὁ καιρὸς ἐπιτίθεται, φθέγγομαι τό γε
 εἰς δύναμιν ἦκον. ἵνα τί γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον σιγῶν, σοφώτατε
 πάντων ἀνθρώπων, ἀνέχη μὲν γνωσιμαχεῖν ἐπὶ σαντῶ καὶ κατα-
 τήκειν σαντὸν, κοινωνεῖν δ' ἡμῖν οὐκ ἐθέλεις τῆς γνώμης, ἵνα

1. ἀπορήτοις A.

nicum iuniorem id esse facturum; Deo videlicet ineffabilibus modis talia occultante. Unde magnopere territi et perturbati sunt. Nam Logotheta e palatio plenus cogitationum domum reversus longo tempore tacitus sedit, nemini ullum verbum loquens; sed multiples curas subinde animo volvens; in futuri meditatione totus; plane similis muto et surdo, nec quicquam sentienti eorum, quae coram ipso gererentur: idque uxore cum filia Panypersebastae et filiis de more assidentibus et hilarem ac iucundam aliquam vocem ab eo expectantibus. Tandem coacta uxor, ipsa quidem parum natura sua eloquens, filiae Panypersebastae innuit, ut pro re ac tempore aliquid opportuni loqueretur. Nam erat illa quidem iuvenis aetate, sed peringeniosa; et eam dicendi vim a natura acceperat, quae ipsam non magis quam Platonem aut Pythagoram, aut eiusmodi viros sapientes deceret. Tum autem oculis hiscentibus patrem intuens sic exorsa est: (V.) „Audaciae forsitan et temeritatis summae esse videatur, o pater, me filiam adolescentulam liberius apud te proloqui, et eam, cuius lingua alumna sit imperitiae, oculos intendere audere adversus altissimam sapientiae arcem. Sed cum et mater hortetur, et tempus resque ipsa postulet, dicam ut potero. Quianam, sapientissime omnium mortalium, tamdiu tacitus sedes, tuumque ipsius animum ex crucias et moerore conficis: nec tuam nobis mentem comunicas, ut istius

καὶ τῆς λύπης ἡμεῖς σοι γενόμενοι κοινωνοὶ κουφότερον καταστή-
 σωμέν σοι τὸ πάθος; πολλὴν γὰρ ἡμῖν ἢ τῶν ὕψεων σύγχυσις
 καὶ ἢ τῆς γλώττης ἀσφάλεια μηνύει σαφῶς τὴν ἐν τῇ ψυχῇ σου
 τῆς λύπης ἀκμὴν ἢ τῆς καρδίας χειρωσαμένη τὰ καίρια, καθά-
 5 περ ἀκρόπολιν ἢ ῥίζαν τινὰ καὶ σύνδεσμον τῶν ζωτικῶν τῆς ψυ-
 χῆς δυνάμεων, κάθηται ἀναπόσπαστα ἐπιβοσκομένη τὴν ὥραν
 τῶν λογισμῶν καὶ συνθολοῦσα τὰς περιόδους αὐτῶν καὶ ἐμβρι-
 θὲς ποιοῦσα τὸ ἡγεμονικόν. ὥσπερ δ' ἔλαιον καὶ κηρὸς καὶ καλά-
 μη καὶ χόρτος πυρὸς ἐπεφύκει τροφή, οὕτω καὶ σιωπὴ περὶ τὴν
 10 ψυχὴν ἠθροισμένους εὐρίσκουσα τῆς λύπης τοὺς ἀνθρακας, κα-
 θάπερ ὕλην αὐτοῖς καὶ τροφήν ἑαυτὴν χορηγεῖ, μηδαμῆ δια γλώτ-
 τῆς ἐξιέναι παραχωροῦσα τὸν ἐγγινόμενον ἐκεῖθεν καπνὸν τῇ ψυχῇ.
 σὺ γοῦν, ἵνα μὴ τῷ χρόνῳ τὸ πάθος ἰσχὺν εἰληφὸς βλάβην ἀνέλ-
 πιστον ἐπιφέρει, διανύστηθι πρὸς Θεοῦ καὶ γενοῦ σαυτοῦ. οὐ
 15 γὰρ σὸν τὴν εὐγένειαν τῆς φιλοσοφίας εἰς τοιαύτην κατασπᾶν
 σμικροπρέπειαν καὶ ἀωρίαν τοσαύτην τοῦ ταύτης κατασκεδάζειν
 σεμνώματος. πέφυκε γὰρ πῶς τὸ τῆς λύπης δεινὸν ῥᾶστα τῇ D
 παρυτάσει τῆς σιωπῆς πολλαπλασιάζεσθαι. χωρεῖ γὰρ ἀνατρέχον
 ἐπὶ τὰ ἔνδον αἰεὶ δίκην ἔλκουσ καὶ οὐ πρότερον ἀφίσταται τοῦ
 20 πάντα νέμεσθαι λάθρα τὰ πρόσω, πρὶν ἂν καὶ αὐτοὺς, ὡς εἶ-
 πεῖν, διέλθῃ τοὺς μυελοὺς τῆς ψυχῆς καὶ αὐτὰ τοῦ ζῶου τὰ
 καιριώτερα κατατροπώσῃται μόρια. καὶ εἰ μὲν τι τῶν ἀπορρήτων
 ἔστιν, ἄλλοις χρεῶν εἶναι ἀπόρρητον· ἡμῖν δὲ τοῖς σοῖς καὶ μάλα V. 154
 ἤκιστα." (ς'.) Τούτοις καὶ τοιούτοις πλείοσι καὶ τοιαύτη παλάμη E

11. τροφήν W. in mg. ἑαυτῇ W. 12. προχωροῦσα W., et
 in mg. συγχωροῦσα. 14. ἐπιφέρει A., ἀναφέρει W.

tristitiae parte in nos recepta doloris sensum levemus? Nam et pertur-
 batio vultus tui, et linguae silentium satis declarant, quam vehemens sit
 animi tui dolor, qui intimum cor velut arcem quandam aut potius velut ra-
 dicem ac vinculum vitalium animae facultatum invasit, atque ibi penitus
 infixus ingenii florem depascitur, cogitationes confundit et nobiliorem
 animi partem aggravat. Ut autem oleum et cera et stipula et foenum flam-
 mam alunt, ita et silentium collectos in animo doloris ignes nactum mate-
 riam quasi ipsis et nutrimenta suppeditat, nec sinit offusum inde animo
 fumum per linguam exhalari. Quare tu, ne affectus iste tempore confirma-
 tus inexpectatum damnum apportet, per Deum exsurge, et animum recipe.
 Neque enim tuum est, philosophiae nobilitatem ad tantam humilitatem de-
 iicere, illiusque maiestatem intempestivis doloris maculis aspergere: cuius
 ea natura est, ut continuatione silentii multiplicetur. Subinde enim ulceris
 instar interiora invadens, obvia quaeque clam depascere non prius desinit,
 quam ad ipsas ut ita dicam animae medullas penetrarit, et vitalia hominis
 absumpserit. Quod si arcani aliquid est, aliis arcanum esto: nobis vero tuis
 haudquaquam." (V.) His et pluribus huiusmodi verbis generosa illa filia

A. M.
6791
ad
6836

Imp. Andron.
Senioris.

τῆς γλώττης ἢ γενναία ἐκείνη θυγάτηρ τὰς τοῦ πατρὸς ἀκοὰς μα-
λάξασα κατὰ τὸ ἐγχωροῦν παρὰ τοσοῦτον τῆς διανοίας ἐκείνου
καθήρησατο καὶ ὡσπερ ἀπὸ βαθέος ἀνηρτήσατο ὑπνου, παρόσον
ἀλιέων καὶ θαυματοποιῶν παῖδες οἱ μὲν τοῖς πλήκτροις ἐκ θαλάτ-
της τοὺς ἰχθύας ἀνασπῶντες, οἱ δὲ τοὺς ὄφεις ἐκ τῆς λόχμης· 5
ὡς ἐκείνον μικρὸν τῆς λύπης χαλάσαντα τῇ γλώττῃ δοῦναι τὸν
Φροῦν καὶ τὰς ῥήσεις ἐκείνας βραχὺ τοῦ Ἰῶβ ὑπαλλάξαντα, ὡς,
„ἀπόλουντο,” φάναι, „αἱ ἡμέραι ἐκείναι, ἐν αἷς γυναικί τε
συνήφθην καὶ τέκνων ἐγενόμην πατήρ. ῥᾶστα γὰρ ἂν μὴ παρόν-
των αὐτῶν τὰμαντοῦ διεθέμην. νῦν δὲ τοσοῦτον διὰ ταῦτα πε- 10
ριθρόεοντος ὄχλου φροντίδων, οὐκ οἶδα πῶς ἂν διαφύγοιμι τὴν
ὅπως ποτὲ καὶ ὀθινοῦν ἀπειλουμένην ἐπενεχθήσεσθαι ὅσον οὐδέπω
κακίστην πραγμάτων φοράν. μέλλειν γὰρ ἔφοδόν τινα βαρεῖαν
εἶτ' ἐκ θαλάττης, εἶτ' ἐξ ἡπείρου, ἐχθρῶν μὲν, οὐκ οἶδα δ'
ὄτων, ἐπαναστήσεσθαι καθ' ἡμῶν καὶ πάντα κακῶς συνταρά- 15
ξεν τὰ καθ' ἡμᾶς, καθάπερ ὀγκάδα μεγάλην ἐπειδὴν ἐπὶ πάντου
λαβῶν ἀγκυρῶν ὀρσαντὴν ὑβριστῆς ἄνεμος μαίνεται κατὰ τῶν
ἰστίων καὶ καταχορεύῃ τοῦ κύματος.” ταῦτα εἰπὼν ἐσιώπησεν
αὐτῆς, κλαπεῖς ὡσπερ τὸν νοῦν ὑπὸ τῶν λογισμῶν ἐκείνων καὶ
ἐκλαθόμενος ἑαυτοῦ καὶ τῆς γλώττης· καὶ ἀναστὰς εἰσήει μεστὸς 20
ἀθυμίας ἐπὶ τὴν κλίνην, ἐφ' ἧς καὶ κατέδαρθε μὲν· καθεύδειν
Bδ' οὐκ εἶχε μέχρι πολλοῦ. (Z.) Ἐγὼ δ' ἐς ὑστεραίαν πάντα
ἐμεμαθήμην κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀφικόμενος. ἀπῆεν γὰρ συνεχέστε-
ρον ἐς τὴν τοῦ ἀνδρὸς ὀμιλίαν. ἀφ' οἷ γὰρ περὶ πλείονος ποιη-

7. ὡς om. A. 13. Ad μέλλειν supple προσορῶ. BOIV. 15. ἐπα-
ναστήσεσθαι A., ἐπαναστήσασθαι W. 21. κατέδραμεν W.

 nes. Aperito mentis nostrae palpebras. Evidentius demonstra, quis sit
 omnium moderator, et qualis eorum aptissima compages. Doce quo causae
 conferendae sint nobis tanti boni: numquid ad necessitatem astrorum, ut
 profani tradunt, aut ad universitatis auctorem. Qua de re cum longo tem-
 pore anceps haesitarim, nemo adhuc contigit, qui scrupulum hunc animo
 meo eximeret. Quare si non ob aliud, vel propter hoc unum doceto. Quid
 vero miserius fieri queat, quam cum coeli Dei gloriam enarrent omnem
 terram circumsonantes, nos surdastros non exaudire quid dicant, sed astris
 (ut vulgo iactatur) illorum scientiam ponderare, id est, levi coniectura tan-
 tum intelligere? Illud vero extremae iniquitatis fuerit, cum nec ut Pytha-
 gorae ex Aegypto in Atticam navigandum, nec ut Platoni mare Ionium

- Λ. Μ. Πλάτωνι πολλάκις διαπλεῖν τὸν Ἰόνιον καὶ τῆς Ἀττικῆς ἐς Σικελίαν καὶ τυράννους ἵεναι καὶ κεῖθεν αὖθις ἐς Ἀκαδημίας καὶ περιπάτους ἐπανέειναι, ἵν' οὕτω γ' ἐξείη διαχεῖν ἐν κοινῷ τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἀντὶ Λυκείου καὶ Στοᾶς τῆ συνήθει χρώμενον ἐστὶ κόσμου παντὶ παραπέμπει τὴν ἀρετὴν, ἔπειθ' ἐν γέ τι τῶν ἀπάντων προτιμώης ἕτερον καὶ ῥαστώνη διδῶς σου τὴν τοῦ παντὸς ἀξίαν γλῶτταν. ὄρῃν δὲ δήπου χρεῶν καὶ ὄση τοῖς πράγμασιν ἀπιστία τε καὶ πλημμύελια περιέχεται καὶ ὅπως αἱ τῆς τύχης ἐπιβουλαὶ μένειν οὐδὲν τῶν πάντων ἕωσιν ἐφ' ἐνός· ἀλλ' ἀνθρώποι μὲν, οἱ μὲν ἐν μεσημβρία φωτὸς, σκότους καὶ λήθης ὑπίασι 10
 P. 201 μυχούς· οἱ δ' ἐξ ὕπνου καὶ νυκτὸς εἰς ὕπνους καὶ νύκτας διηγεκείς μεταβαίνουσι, πάσας φροντίδας κατόπιν διαλυμπάνοντες. ἡ δὲ σοφία καὶ αὐτὴ πολλαῖς ταῖς ἀποικίαις ἐχρήσατο. Ἄγρυπτος μὲν γὰρ αὐτῆς, φασίν, ἡ πρὶν ἐστὶ. εἶτα πρὸς Πέρσας καὶ Χαλδαίους διέβη. εἶτα παρ' Ἀθηναίοις κατέλυσε· καὶ κεῖθεν τὸ 15
 τελευταῖον ἀπέπτη καὶ οἶονεῖ τις ὄρνις τῆς καλιᾶς ὑφ' ὄτουσιν ἐξωσθεῖσα περιέειν ἄρτι διὰ μακροῦ πλανωμένη. κινδυνεύει δ' ὅσον τέως ἢ παρ' ἡμῖν ἐνταυθοῖ τοῦ λοιποῦ μείναι στάσαν τῆς πλάνης, εἰ σοὶ γε εἴη δεδογμένον, ἢ τελέως οἴχεσθαι δραμοῦσαν δι' αἰθέρος· καὶ μή μοι ἀχθεσθεῖης ἐπὶ τοιαῦτά σε παροξύνοντι. 20
 λέγειν γὰρ ἐξάγομαι καὶ τοῦ εἰκότος πόρρω τὴν τοῦ χρόνου δεδιώς πεττεῖαν, μὴ ὡσπερ ἐξ ἀφανοῦς τε καὶ λόχου δραμῶν τοσοῦτον καλὸν οἴχεται ἀποκρούψας. εἰ γὰρ καὶ τοῦτ' εἰπεῖν χροῖ, **Κοῦχ** ἡμῖν αὐτοῖς ἡμῶν αὐτῶν τοσοῦτον μέλει, ὅσον καὶ τῆς σῆς

saepius traiciendum, et ex Attica in Siciliam ad tyrannos proficiscendum, atque inde in Academias et ambulacra redeundum tibi sit, ut publice virtutem spargas: sed pro Lyceo et Stoa in consuetis tuis aedibus virtutem tuam in totum terrarum orbem propagare queas: aliquid aliud maiori tibi curae esse sinas, et linguam tuam incomparabilem obsolescere silentio patiaris. Iam illud quoque videndum, quam inconstantia et incerta sint omnia: ut fortunae insultus nihil esse diuturnum sinat: ut alii serius, ocius alii, rebus omnibus relictis, praeter expectationem, in noctem, in tenebras, in oblivionem, in mortem praecipites ruant. Ipsa porro sapientia quoque migravit saepius; cuius primo domicilium Aegyptus fuisse perhibetur. Inde ad Persas et Chaldaeos transiit: post apud Athenienses divertit: atque illinc etiam tandem avolavit: et nunc velut avicula nido exturbata longo etiam tempore incertis sedibus vagatur et oberrat. Fieri autem potest, ut aut apud nos finitis erroribus, si tibi ita visum fuerit, domicilium constituat, aut prorsus in caelos abeat. Ne vero mihi succenseas oro, te ad talia exhortanti. Id enim dicere cogor, quod nullam veri similitudinem habet, incerta momenta temporum veritus: ne velut ex occulto atque ex insidiis erumpentia tantum nobis bonum eripiant. Nam, si et hoc dicendum est, non tam nostram vicem solliciti sumus, quam de tua in posterum existima-

εἰς τοῦμπροσθεν εὐκλείας· ὥστε καὶ εἴπερ ἐξῆν εὐξάμενῳ τυχεῖν
 ὧν ἂν εἴη ἐθέλοντι, ἥδιστ' ἂν δι' αἰῶνός σε ζῆν ἠϋξάμεν, ἵν'
 εἴη ἡμῖν ἠδεσθαι διὰ παντός ἐπὶ σοὶ, καθάπερ ἐπὶ μάλ' εὐτυχεῖ
 Θησαυροῦ. ἀλλὰ γὰρ σὸν ἂν εἴη τὸντεῦθεν δεικνύειν, εἰ μὴ παρὰ
 Imp. Andron.
 Senioris.

5 θύραν ἤκουσιν ἡμῶν αἱ παρακλήσεις." (Γ.) Ἀλλὰ τοιούτοις μὲν
 δὴ τοῖς λόγοις ἐς τὸν μέγαν χρησάμενος λογοθέτην καὶ οὕτως
 αὐτῷ τὸν ἐμὸν ἐνδειξάμενος τρόπον εὐάγωγόν τε καὶ εὐπειθῆ D
 πρὸς ἅπαν ἐμοὶ τὸ βουλούμενον εἰργασμαί· καὶ οὕτως ἐξῆς ἀνυ-
 πόπτως ἐς κόρον τῆς αὐτοῦ γε ἀπήλαον ὀμιλίας.

10 ἦ. Ἐπόθουν δὲ ἤδη καὶ τῆς τοῦ βασιλέως τυχεῖν τελεώτε- E
 ρον. αὐτός τε γὰρ πολλάκις ἐθεασάμεν καὶ ἔτι παρὰ πάντων
 ἠκηκόειν, ὅπόσοι πρὸς ἄκραν ἀφίκοντο πείραν αὐτοῦ, ὡς οὐ μόν-
 ον εὐκοσμίας καὶ ἠθικῆς ἀπάσης ἀρετῆς καὶ ἀσκήσεως ἐργαστή-
 ριον τὸν βασιλικὸν κατέστησεν οἶκον τῷ τε μακροῦ χρόνῳ καὶ τῷ
 15 περιόντι τῆς φύσεως πλείστην ἐπὶ ταῦτα πείραν ξυνηθροικῶς,
 ἀλλὰ καὶ λογικῆς φάναι παιδεύσεως κράτιστον γυμνάσιον καὶ, F
 οἶον εἰπεῖν, ἔλλογίμων γλωσσῶν στρατόπεδον. διὰ ταῦτα τοίνυν
 ἐραστῆς τῶν τοιούτων καλῶν καὶ αὐτὸς καταστάς προσῆλθον V. 164
 αὐτῷ. ἦ γὰρ καθ' ἡσυχίαν τῶν μαθημάτων ἄσκησις, ὅποση
 20 αἱ βίβλοι τοῖς μειοῦσι χαρίζονται, κἂν ἦττον ἢ πολλὴ κἂν
 πλεῖστον, εἰκοί ἂν κατ' ἐμὴν δόξαν σώματος ὀργανικοῦ διαπλά- P. 202
 σει ἐφιεμένου ψυχῆς, ἣν δὴ φημι διὰ τῆς ἐκ τῶν αἰσθήσεων
 ἐμπειρίας προσγίγνεσθαι· ἢ μᾶλλον εἰκοί ἂν συμφορήσει δια-
 φόρων βρωμάτων ἐν κοιλίᾳ συναθροισθέντων καὶ δεομένων θέρ-
 25 μης πρὸς πέψιν· ταύτην δ' εἶναι ὁποῖαν αἱ παντοῖαι τῶν χρόνων

tione. Quod si optando tantum proficeretur, quam prompta voluntas est, immortalem esse te vellemus, ut te gaudere, tanquam excellenti thesauro, perpetuo liceret. Enimvero tuum iam fuerit ostendere, num frustra fores pulsaverimus." (III.) His verbis apud magnum Logothetam usus meoque ingenio ita demonstrato effeci, ut libenter omnibus rebus mihi obsequeretur: ac deinceps eius consuetudine citra suspicionem ad satietatem usus sum.

8. Tandem et Imperatoris familiaritatem maiorem expetivi. Nam saepenumero et ipse spectaram, et ex omnibus intimis eius audieram, palatium ab eo non modo honestatis et omnis virtutis graviorisque disciplinae officinam effectum, propterea quod ille longa aetate et naturae excellentia magnum sibi earum rerum usum comparavisset, sed et litterariae, ut ita dicam, eruditionis optimum gymnasium et veluti campum eloquentium linguarum certaminibus patefactum esse. Quamobrem et ipse talibus bonis adamatis eo me contuli. Nam otiosa disciplinarum tractatio, quam libri studentibus suppeditant, sive illa tenuior, sive copiosior sit, mea quidem opinione similis est corporis organici structurae animam desideranti, quam per sensuum experientiam accedere dico: aut potius variis ciborum generibus in ventrem congestis comparari queat, quae calorem ad concoquendum postulent. Is vero

- A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.
- ῶραι καὶ ἡ ἐπαγωγικὴ τῶν αἰσθητῶν καὶ μερικῶν πραγμάτων ἐμ-
πειρία παρέχονται. ἴδοι δ' ἂν τις καὶ ὅπως τινὲς διὰ τὴν τῆς
ἡσυχίας ἐπίτασιν καὶ τὸ ἄμικτον καὶ ἀγύμναστον τῆς ἕξω συν-
διδασκείας τὰς ψυχικὰς δυνάμεις ἐμάρασαν καὶ τὴν φύσιν ἕξε-
B θήλυναν καὶ παντάπασιν ἀπαρῶρησιαστον ἔθηκαν. ἀλλὰ γὰρ 5
ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς προσῆλθον οὕτω τῷ βασιλεῖ, ἔβδομον ἤδη καὶ
A. C. 1322 εἰκοστὸν τῆς ἡλικίας ἀμείβων ἔτος, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν προσεδέχθη
ἐλπίδα, εὐθὺς ἔπαινον ἐπ' αὐτοῦ διεξῆλθον τῆς εὐγλωττίας καὶ
C συνέσεως αὐτοῦ τοιόνδε. (B.) „Εἰ μὲν ἦν μοι ὄραϊν, κράτιστε
βασιλεῦ, τὴν καθ' ἡμᾶς τοῦ χρόνου φορὰν ἀξιόχρεως καὶ τοὺς 10
ἐμνητὰς προενεγκοῦσαν τοῦ σοῦ κράτους, οὗτ' ἂν τὸ λέγειν
προηροῦμην καὶ πᾶν ποιεῖν καὶ λέγειν ὑπὲρ σοῦ σιγᾶν σφόδρα
προσιέμην ἂν· αὐτὸς δὲ τούτοις ἄσμενος τῆς παρῶρησίας παρε-
χόρου, οἷς ἐφαμίλλως τοῖς ἐγκωμίοις σου λέγειν ἔξῃν. ἐπεὶ δὲ
πάντων, ὡς ἐλίπαν εἰπεῖν, κατεψηφίσω τὴν ἤτταν τῆ τῶν κα- 15
D λῶν σου πλεονεξία, ἐνὶ δ' οὐδεὶς τὸ παρῶπαν μήθ' ὁ πρὸς ἀξίαν
εἰπὼν, μήτε μὴν τῆς ἀξίας ἐγγὺς, οὐ δοκεῖ μοι οὐδ' ἔμοιγε κεί-
σεσθαι φαύλως τὸ πρῶγμα, εἴγε καὶ αὐτὸς, ὡς ἔξεστι, τοῦμὸν
κατατιθείην ὄφλημα. ὥσπερ γὰρ ἂν τῶν ἀτοπωτάτων ἦν, μό-
νους ἡμᾶς τῆς ἀξίας ἐλλείποντας εἶτα ἐπιχειρεῖν λέγειν· οὕτω 20
δῆτα τῶν εἰκότων αὐτῷ, ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις κατοπιν τῆς ἀξίας βαδί-
ζοντας τοῦτ' αὐτὸ ποιεῖν, ὡς μάλα ὄν οὐδὲν αἰσχρόν. διατει-
ναίμην γὰρ ἂν σφόδρα ἔγωγε, ὡς τὴν σὴν πλουτῆσαι γλῶσσαν
E εὐξασθαι χρὴ πρότερον, ὅστις βούλοιο πρὸς ἀξίαν διεξίεναι τὰ

calor non alius fuerit, nisi quem subministrant omnigenae tempestates et multiplex rerum sensilium singulariumque experientia. Itaque aliquos videre est, qui, quod otio nimis dediti fuerint vitamque solitariam ac nullo externo convictu exercitatum egerint, omnes animi vires enervarunt atque ita effoeminarunt, ut nec dicere nec agere quicquam publice audent. Caeterum cum et ego, annum aetatis iam septimum et vigesimum excedens, ad Imperatorem accessissem, et ultra spem omnem ab eo exceptus essem, in eius prudentiae et eloquentiae laudem huiusmodi orationem coram eo statim habui. (II.) „Si eos nostra aetate viros, potentissime Imperator, extitisse cernerem, qui Maiestatem tuam dignis laudibus celebrarent, equidem nec ad dicendum prodixissem, neque silentio quicquam antiquius habuissem: ut iis esset locus, qui tuas laudes aequare dicendo possent. Sed cum decorum tuorum amplitudo omnem orationis copiam inopiae condemnarit, neque ullus omnino sit, qui ornamenta tua verbis non dico assecutus sit, sed prope ad ea accesserit: mihi non vitio vertendum esse duxi, si et ipse illorum vestigia, qui infra dignitatem dixerunt, subsequutus meum quoddam debitum persolvere studerem. Ut enim ineptissimum fuisset, nos solos tanto negotio impares audere aliquid: ita consentaneum est una cum caeteris frustrari. Neque enim affirmare dubitem, ei qui tua facta ut merentur laudare instituat, in primis linguam tuam exoptandam esse:

σά. ἄλλως δ' οὐκ ἂν διατειναίμην εἶναι ῥάδιον οὐδενί. καὶ γὰρ
 καὶ γλώττης εὐπρεπείᾳ βασιλικῶ τῷ πῆχει τοὺς ἄλλους παρήλα-
 σας καὶ πάντα σοι πρόσεστι τὰ καλὰ, ὧν ἐν οὐδὲ ἐν οὐδενὶ τῶν
 ἀπάντων ὡσαύτως, οὔτε τῶν ἐν οἷς ἡμεῖς, οὔτε μὴν τῶν πρὶν
 5 ἢ ἡμεῖς, οὐκ οὐδ' ἂν τοὺς ἔξαρχῆς ἀριθμεῖν τις ἐθέλῃ. ἐν-
 ταυθαῖ δὲ τοῦ λόγου γενόμενος οὔτε διεξιέναι τολμῶ οὔτε πάνθ' F
 ὡς ἐπίπαν ὅποσα σοὶ ἔστιν ἐγκώμια, οὔτε μὴ πάντα· αἰτίαι δὲ
 ὡς λαμπραὶ καὶ λαμπρῶς ἐγκείμεναι. καὶ γὰρ τὸ μὴ δύνασθαι
 καὶ ἡ τοῦ χρέους ἐκτισίς, δύο δὴ ταῦτα ἐναντίως πως ἔχοντα
 10 πρὸς ἄλληλα, τὴν ἐμὴν ἐφ' ἐκάτερα σχίξει διάνοιαν· ὡς ἐμὲ
 γοῦν τὸν ἐκατέρωθεν φυλαττόμενον κίνδυνον ἀναγκάζεσθαι καὶ
 ἀμφοτέρων μεταποιεῖσθαι καὶ αὐτὸ μηδετέρων, ἄρμολάμενον δι'
 ἀλλήλων ἐκάτερα. ὅποτε γὰρ ὧν ἐπὶ σοφίᾳ πάσαι σεμνότης ὀνό-
 ματος οὔτοι πάντες εἰ παρήσαν, ἠττήθησαν ἂν σου τῆς τῶν P. 203
 15 καλῶν πλεονεξίας, τῶν τε νῦν ὄντων τὸ πρᾶγμα οὐδὲν διαφερόν-
 τως ἔχει, τί λοιπὸν ἐμοὶ ἢ τῶν γε πλείονων ἀφεμένῳ μικρὰ τινα
 διαλαβεῖν δεῖ καὶ ὅσα μοι τὰσφαλές ἐστι προμνώμενα; μήπου
 τοι καθάπερ οἱ τῶν Ὀλυμπιακῶν ἄθλων ἀτέλεστοι κινδύνῳ χρη-
 σάμενος αἰσχύνῃς ἀθλητῆς ἐμμαντῶ κατασταίῃν. καὶ πείθομαι
 20 γε μηδὲν εἶναι τῶν πάντων ἕτερον, ὃ με προσήκει μᾶλλον ποιεῖν,
 ἢ τὸν ἐντεῦθεν φυλάττεσθαι κίνδυνον καὶ μάλα μᾶλλον ἐμὲ, ἢ B
 εἴ τι βρόφος ἐβούλετο μάζαν σιτεῖσθαι, πρὶν ἀπότιθον γενέσθαι. V. 165
 ἔξῃν γὰρ ἂν γέ που πάντως ἀνιᾶσθαι τελεσθέντος. χρὴ μέντοι
 οἶμαι, ὡς εἰς ἀνάκτορον εἰσιόντι παμπόλλοις φαιδρονόμενον καὶ
 25 ποικίλοις ἀγάλμασιν, ὡς δὲ κὰν τοῖς τοῦ βασιλέως ἐγκωμίοις γε-

alioqui vero neminem id facile praestare posse. Nam et orationis ornatu
 longo intervallo omnes a tergo relinquis: nec ullum in te bonum desidera-
 tur, quorum ullum vel nostra aetate, vel a primordio par aut simile exem-
 plum reperiri queat. Hoc orationis loco neque omnes tuas laudes recensere,
 neque aliquas praeterire audeo evidentibus gravibusque de causis. Nam et
 ingenii imbecillitas et debiti magnitudo animum meum diverse trahunt: ut
 periculum utrinque caventi mihi et utrumque sit coandum, et neutrum,
 ambobus inter se coniungendis. Si enim ii omnes, quibus illustre nomen
 olim eruditio peperit, adessent, nec tamen argumento satisfacere possent:
 et eadem est eorum etiam qui nunc vivunt conditio: quid mihi restat, nisi
 ut maxima parte omnia paucula explicem, quae sine periculo tractare pos-
 sim? ne forte, ut Olympicorum certaminum rudes, meapte culpa suscipiam
 dedecus. Ac omnino persuasum habeo, nihil omnium aequae ac periculum
 hoc cavendum esse mihi, et nihilo minus quam si infans, nondum ab ube-
 re remotus, pane vesci cupiat. Nam si id fieret, esset utique dolendi lo-
 cus. Etsi autem conatus est arduus, tamen decere arbitror non minus,
 quam si in sacrarium omnis generis imaginibus exornatum ingrederer: ita

A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.

νομένῳ τοῖς ἄλλοις τῶν ἄλλων παρακεχωρηκότι ἑνός που ἢ
καὶ δύο τὸ πλεῖστον ἐπιμνησθῆναι. πλείονα γὰρ ὡς οὐκ ἀσφαλές
ἂν εἶη λέγειν, ὅτι δὴ μὴ μεταμέλειν μέλοι, ἔστιν εἰρημένον. εἰ
γὰρ τῶν δύο οὐκ εὐχερῶς ἂν τις ἀπαλλάξαιτο, σχολῇ τῶν γε
C πλειόνων. ἄλλοι μὲν τοίνυν ἀλλάττα λεγόντων, ὡς γε εἴρηται, 5
τῶν τοῦ βασιλέως, ἔμοι δ' ἔχέτω μνήμην τό, τε τῆς φρονήσεως
αὐτοῦ μέγεθος καὶ ὁ τῆς γλώττης κρότος. ὦν αὐτός τε πείραν
σχῶν τοῖς τε ἄλλοις χρώμενος ἀεὶ διὰ γλώττης ἄγουσι καὶ οὐ-
δέσι μὴ θαυμάζουσιν, οὐκ ἔσθ' ὅτε μέμνημαι καὶ αὐτός, μὴ
D ἀσχολοῦντός μου τὸν νοῦν τοῦ αὐτῶν θαύματος καὶ ἀπορεῖν ποι- 10
οῦντος, πότερον πρότερον καὶ μᾶλλον ἐπαινοίην ἑκατέρων· καὶ ἀεὶ
περαιτέρω τοῦ λόγου δηλοῦσθαι εὐρίσκων μεταχωρῶ πρὸς ἑμνα-
τὸν διολισθαίνων, καθάπερ οἱ σώμασι λείοις τὰς χεῖρας ἑρείδειν
σπουδάζοντες. ὡς νῦν γε, εἶπερ ἔξῃν μοι, οὐδαμῶς ἂν ὑφιέμην
μὴ καλεῖν σε γῆς ἥλιον, ὃ βασιλεῦ. ὡς γὰρ πάντες φωτὸς θησαν- 15
ροὶ τῷ ἡλιακῷ ξυνελθόντες δίσκῳ πᾶσιν ἐκείθεν ὡσπερ ἐκ κοινοῦ
E πρυστανεῖον τὰς ἀφορμὰς διδόουσι τοῦ βλέπειν, οὕτω δὴ καὶ σοὶ
πᾶσα φρόνησις συνδραμοῦσα φέρεται ὡσπερ ἐξ οὐρανοῦ παντα-
χόσε τῆς γῆς, ἀφορμὰς διδοῦσα πᾶσι τοῦ θαυμάζειν· καὶ ὡσπερ
οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, ὃς τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἀθέατος ἔμεινεν, οὐδ' 20
οὐ μὴ μένη, πλὴν ἢ ὃν ἥλιος εἶδε πλὴν τοῦ βλέπειν· οὕτως οὐδ'
αὐτὸς ἔστιν οὐδεὶς, ὃς ἀνήκοος τῆς σῆς φρονήσεως διετέλεσεν, οὐδ'
οὐ μὴ διατέλεση, πλὴν ἢ ὅστις ἐγένετο πλὴν τοῦ ἀκούειν. οὕτω
F σε γῆς ἥλιον προσειπὼν οὐκ εὐηθές τι φάναι δοκῶ μοι· εἰ δὲ
καὶ πλέον τι λέγει τις, οὐκ ἔγωγε διοίσομαι. ἐπὶ μὲν γὰρ οἶμαι 25

2. δύο] δυοῖν W. in mg.

etiam Imperatoris laudes aggressus caetera aliis concedenda, unius vero atque alterius mentionem esse faciendam. Nam plures attingere periculosum fuerit. Qui enim binas absolvere difficulter queat, quid pluribus accidet occupato? Itaque alii alia commemorent: a me vero et ingenii magnitudo et dicendi vis celebretur, quas et ipse experimento cognovi: et alii, quorum consuetudine utor, quotidie praedicant, nemine non admirante; neque ego unquam commemoro, quin admirer et ambigam, utrum eorum magis laudare debeam, cum subinde plura quam dicta fuerunt, dicenda occurrant. Ad me ipsum ergo redeo, non secus ac ii, qui laevibus corporibus inniti student, labascentes. Nam nunc quidem si liceret, non committerem quin terrae solem te dicerem, Imperator. Ut enim omnes lucis thesauri una cum solari orbe prodeuntes omnibus usuram lucis impertiunt: ita etiam in te omnis sapientiae concursus velut e caelo in omnes terras fertur, admirandi tui causas suppeditans: et ut nemo est omnium, qui solis radios aspexerit, nisi quem sol luminibus orbatum aspexerit: ita nemo est, neque erit, qui de tua sapientia nihil audierit, nisi audiendi sensu destitutus. Hac ergo ratione si te solem terrae appellaro, non inepte id facturus mihi videor: et si quis aliquid maius dixerit, me minime refragante dicet. Caelestium enim

τῶν οὐρανίων σωμάτων τὸ αἰὶ ὡσαύτως ἔχειν ἀφαιρεῖται τὴν
 ὑπεροχὴν τοῦ θαύματος· τὸ δ' ἄλλοτ' ἄλλως ἔχειν τῶν ἀνθρώ-
 πων ὄν, ὑπερεχόντων ἕσθ' ὅτε καὶ οἷς ἀλλήλους, εἶτα τὸ σὸν
 πρῶγμα παντὸς βέλτιστον καθάπαξ καταστὰν πῶς οὐκ ἀτεχνῶς
 5 εἰκόμοι ἂν ὑπερβολῇ θαύματος; καὶ εἰκότως. ἐχοῖν γὰρ πάντως
 πῶν ἄλλων ὅσον ὑπερέχεις ἀξιῶματι, τοσόνδε δῆτα καὶ φρο-
 νήσει. τοιγαροῦν καὶ ξυνεθροῦνκε. σοφιστῆ μὲν οὖν ἤδη τιτὶ ἤρκεσε
 τὰ Δημόνακτος εἰπόντι χαρίεντα ἀποφθέγματα τὴν σοφίαν ὀπόση
 δηλῶσαι Δημόνακτος, ὡς χρῆμα καὶ τοῦτο πάνυ πολλοῦ τίμιον
 10 ὄν τοῖς ἀνθρώποις. οὐ μὴν εἰ καὶ γλώττη ἐχοῖτο εὐροσύνη
 δεδήλωκεν· οὐ γὰρ οἶμαι εἶχεν. ἦ γὰρ οἶμαι ἦν οὐκ ἂν αὐτῷ ἄρ-
 ῆτον, ἐπαινεῖν οὕτω προελομένῳ σοφίας μεγάλης ἦγοντα ἄνδρα.
 σοῦ γε μὴν τῆς σοφίας τὰς λαβυρίθους καὶ καὶ δηλῶσαι τις
 πίνακι δούς τὰ σὰ γνωματεύματα, ὁμοῦ δὲ καὶ τῆς γλώττης τὴν
 15 εὐροίαν οὐκ ἂν δῆπου, εἰ μὴ ἄλλῳ τῷ χρῶτι τρόπῳ, ἢ ταῖς τοῦ Β
 Νείλου παραβάλλων προχύσειν, ἃς διασκοποῦνται πήχεσιν Αἰ-
 γύπτιοι, ἢ δῆτα κλάδοις ἐξ ἀμπέλου ποικίλοις. καὶ γὰρ καὶ κατὰ
 πήχεις αὐξίν ἔχει τὰς ἔνδοθεν πηγὰς τοῦ νοῦ καὶ αὐτὸς ὡς ἀμπελος
 ἀπ' εὐτυχοῦς γέ που τῆς ῥίζης ἀνίσχουσα πολλοὺς ἐλίσσει τοὺς
 20 κύκλους καὶ διὰ παντὸς ἐκ βλάστης βλάστην φύει σφόδρα γέ
 τοι εὐφυῶς. οὐ γὰρ οἶαν ταύτην ἔλαχες τὸ γόνιμον τῆς ἔνδοθεν
 πηγῆς ἑξαμβλοῦν, ἢ τόκου παρεχομένην διηνεκῶς ἄωρίαν ἐπ'
 ἀμηχανίας καὶ τὰ τοῦ μεγίστου νοῦ συγχωνύουσαν μυστήρια,
 οὐδ' ἀγύμναστόν τινα οὔσαν καὶ μὴ σαφῶς τετελεσμένην τοῖς τῶν
 10. οὐ μὴν εἰ καὶ W. et Boiv. pro οὐ μὴν καί. 13. τὰς] τοὺς
 conii. Boiv.

corporum idem perpetuo status admirationem nonnihil imminuit: omnium vero rerum humanarum, quarum nonnullis alii aliis antecellunt, cum perpetua mutatio sit, nonne tuae res omnium optime constitutae omnem admirationem excedunt? Omnino certe decuit, ut quantum dignitate alios antecedis, tantum etiam sapientia illos superares. Itaque factum est. Rhetori sane cuidam satis fuit, recitatis Demonactis salibus, illius omnem sapientiam ostendere: quasi ea quoque res magni aestimanda esset. Nec tamen quanta fuerit eius eloquentia ostendit, quae nulla in illo fuit. Nam si qua fuisset, non ab eo tacita fuisset, cui tanta virum sapientia celebrare propositum fuit. Tuae vero sapientiae recessus tametsi aliquis indicarit, tuaeque consilia velut in tabula exposuerit, orationis tamen copiam non alia ratione expresserit, nisi ut Nili inundationibus eam comperet, quas cubitis Aegyptii metiuntur, aut variis vitis ramis. Nam et mensura cubitorum, id est maiorem in modum, internos mentis fontes auget, et ut vitis a foecunda radice orta multos corymbos implicat, et germina germinibus cumulat perquam genere. Nec enim ea tibi lingua contigit, quae mentis fontem hebetet, aut immaturos ex inscitia foetus edat, et maximi ingenii arcana confundat: neque inexercitata, aut sacris praestantis animi non satis initiata:

A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.
V. 166

τοσοῦτων φρενῶν ὀργίσις· ἀλλ' οὕτω γ' ἀποχωρῶσαν, ὡς καὶ φιάλαις ὄλαις εἶναι, ὡς εἰπεῖν, ὀπηνίκα καὶ ὀπόσα εἴη ἐθέλοντι ἔξαντλεῖν, μετὰ στάθμης μέντοι καὶ κρίσεως ἀκριβοῦς, κολαζούσης μὲν τὸ πλεονεκτοῦν, μὴ ὥσπερ πηγὴ τις ὑπερλιμνάζουσα πλέον ἀποτρέχει τοῦ δέοντος· ῥωννουόσης δὲ τὸ καταπίπτον, 5

D ὀπηνίξ' ἂν ἤ ῥαστώνη τοῦ σπουδάξεν· ὡς εἶναι καὶ τοὺς μὴ σπουδάζοντας λόγους σου παρὰ τοσοῦτον οὐκ ἀξυντελεῖς, παρ' ὅσον οὐδ' οἱ τοῖς ἔξεσμένοις ἀλλάξεντοι συντεθειμένοι λίθοι τοῖς τῶν ἱερῶν περιβόλοις. τοσοῦτόν γε μὴν τὸ ἡδὺ τοῖς λεγομένοις περιθεῖ, ὡς εἶναι νομιζέειν ἡμερόν τινα ἐσκηρῆσθαι τῇ γλώττῃ σου, 10 ὅς καὶ παρόντας εὐφραίνει καὶ μεταστάντων οἰονεὶ ταῖς ἀκοαῖς

E ἔπεται ἐνηχῶν τε καὶ ἔξαριτᾶται χυμὸς μέλιτος, ἐπειδὴν τις ἀπογεύσεται. ἀλλὰ γὰρ ἄλση καὶ λειμῶνες καὶ ῥημίαι ταῖς τῶν ὠδικοτάτων ὀρηθῶν ὠδαῖς ἤρως ὦρα περιηχοῦνται, ὠρισμένοι τόποι καιροῖς ὠρισμένοις, σοῦ δὲ τῆς σώφρονος ἐνγλωττίας, 15 ἀντὶ μὲν ἔαρος, ὃ τῶν τεσσάρων ὠρῶν κύκλος διηνεκῆς· ἀντὶ δὲ λειμῶνων καὶ ἀλσῶν ἡπειρος ἀπασα, οὐχ ὅσην Ἡρακλέους ὀρίζουσι στῆλαι, ἀλλὰ σύμπαν φημί ὅσον ὅ,τε τῆς οἰκουμένης ἔνδον

F καὶ ὁ κύκλω διάκοσμος ἔξυφαίνει, Ἀττικοῦ παντὸς ἐναργέστερον πέπλου τὰς σὰς ἀρετὰς διαγράφων. πείθομαι γὰρ μηδ' ἂν τοῖς 20 ἐπ' ἔσχατα γῆς Κελτοῖς, οὐδ' ἂν οὐδέσιν ὅσοι πρὸς τῷ ὠκεανῷ τυγχάνουσιν ὄντες, οὐ μέντοι οὐδ' ἂν ἐνδεῖν σου τῆς φήμης, οὐδ' αὐτοῖς Ἰνδοῖς· ἀλλὰ κάκεῖθεν τὸ κῦρός σε δέχεσθαι τοῦ νικᾶν περιουσίᾳ φρονήσεως πάντα ἀνθρώπων γένη. οὕτω τοι τὸ

2. ὀπόσα Boiv. pro ὀπόση.

sed ita instructa, ut totis phialis, ut ita dicam, quoties et quando libuerit, inde haurire liceat, certo tamen modo et exquisito cum iudicio, quo et redundantia coerceantur, ne, velut ex fonte restagnante, plus effluat quam oportet: et humilia erigantur, cum vacat serio eiusmodi studiis incumbere: ut tua verba, cum meditandi otium deest, tam inutilia non sint, quam illaborata saxa, quae in structura templorum politis lapidibus adiunguntur. Tanta porro suavitate oratio conditur, ut aestimari queat desiderium in tua lingua sessitare, quae et praesentes exhilarat, et abeuntes aures veluti sequitur, in iis resonans et memoriae inhaerens, quemadmodum sapor gustati mellis linguae adhaerescit. Verumenimvero luci et prata et deserta suavissimis tempore verno cantillantium avicularum vocibus resonant, certa loca certis temporibus. Tuae autem prudentis facundiae, loco veris, quatuor anni temporum ambitus perpetuus est: loco pratorum autem et saltuum omnis terra continens, non quantam Herculanae columnae includunt, sed quantam terrarum orbis amplectitur, quovis Attico peplo evidentius tuas virtutes depingens. Credo enim nec in extrema Gallia, nec ullis Oceani accolis, famam tuam ignotam esse, aut ipsis Indis: sed inde etiam eam tibi laudem tribui, quod omnes mortales prudentia vincas. Sic tua gloria, fama

σὸν κλέος, καθάπερ ἐπὶ νηὸς τῆς φήμης ὀχοῦμενον, πλήρες θαύ- A. C.
 ματος διὰ πάσης ἔρχεται γῆς. τεκμήρια δέ μοι τῶν λόγων· καὶ 1282
 γὰρ οὐκ εἰσὶν ὅποσα κατὰ γῆν εἰσὶν ἔθνη, ἐξ ὧν μὴ οὐκ ἦλθον ad
 ὡς σὲ τῇ φήμῃ δημαγωγούμενοι· οὕτω μέντοι σὺν ἑορτῇ πάντες, 1328
 ὡς ἐξεῖναι ζημίαν νομίζεις, εἴ τις ἀπαλλάξει τοῦ ἰδεῖν τε καὶ Imp. Andron.
 συγγενέσθαι. τὸ γὰρ πολλοὺς ἐκάστοτε τῆς οἰκουμένης ἕκαστα- Senioris.
 χόθεν συρθεῖν ἴσως χεϊμάροον ῥεύμασι, τὸ δὲ κύκλους ἐλίσσειν P. 205
 αἰεὶ περὶ σέ, οἷον καὶ περὶ Πυθαγόραν οἱ ἐκείνου φοιτηταί, τὸ
 δὲ διψῶσιν ὥσπερ ὡσὶν ἀτρεμίζοντας δέχεσθαι τὰ λεγόμενά σοι,
 10 καθάπερ οἱ θεομάντις ἐπιπνοίας ὁπότε θείας ἐμφοροῦντο· ταυτὶ B
 τοίνυν μὴ σύμβολα εἶναι τοῦ δικαίως σφόδρα ἐφίεσθαι τῆς σῆς
 ὀμιλίας, ὡς οὔσης θαυμασιωτάτης, πάντες οἶμαι οὐκ ἔροῦσι.
 τὸ δ' αὖ σὲ πρὸς οὕτω παντοδαπὰς πεύσεις τε καὶ προβλήματα
 διαλλάττοντα μὲν πρὸς ἄλληλα, οὐκ ἐπιχώρια δὲ οὐδὲ τοῖς καθ'
 15 ἡμῶς ἔδωκεν, ἔπειτα πᾶσιν οἰκείως ἐν ταύτῳ διαλέγεσθαι τὰ πλεί-
 στης ἐπάξια σπουδῆς τε καὶ μελέτης, τουτὶ δ' ἔγωγε πολλοῦ C
 δέω μὴ λέγειν ὡς Περικλεῖς ἄμα καὶ Νέστορας ὑπεροβέβληκεν.
 ἐκείνων μὲν γὰρ τοῖς λεγομένοις ἔσθ' ὅτε καὶ σφαλλομένη τελευτῇ
 ξυνέβαινε· σοῦ δ' οὐκ ἔσθ' ὁπότε μὴ προσήκουσα. καὶ τῶν μὲν
 20 ἐπιχωριάζων ὁ τύφος τοῖς χεῖλεσιν, ὡς ἂν ἀπορροή κακίας, τὸ
 σεμνὸν τῶν λόγων ἀφηρεῖτο, καθάπερ μῆλων ὄραν ἀφαιρεῖται
 σκώληξ ἐφεδρεύων· χεῖλεσι δέ γε τοῖς σοῖς τύφου μηδενὸς μηδα-
 μῶς ἐφεδρεύοντος ἔστι προϊέναι καὶ τὸν τῆς γλώττης κρότον πάντη
 ἀκιβδηλευτον. Ἑλλήνων μὲν οὖν παῖδες τὰ ἑαυτῶν σεμνύνειν ἐθέ- D
 25 λοντες ἐπειδὴ τινὰς οἶμαι ἡλιθίους ἀνθρώπους ἢ τοῦ Ὀρφέως

veluti navi vecta plena admirationis omnes terras pervagatur. Verba
 mea illud confirmat, quod nullae in orbe terrarum gentes sunt, unde non
 aliqui fama tui nominis inducti ad te venerint: tanta quidem cum festivi-
 tate omnes, ut grave incommodum interpretentur suum ab aspectu et con-
 suetudine tua discessum. Quod enim multi ex omnibus terrae partibus
 aquarum torrentis instar ad te conflunt, et subinde circa te versantur, ut
 circa Pythagoram eius discipuli, et avidis auribus tua dicta, tanquam divina
 responsa, venerabundi cum silentio accipiunt: haec inquam signa esse, quod
 consuetudinem tuam ardentem expetant ut admirabilissimam, omnes assen-
 tientur. Quod autem ad tam varias quaestiones et propositiones, quae et
 inter sese differunt et a nostris moribus abhorrent, omnibus eodem tem-
 pore de gravissimis et maximi momenti rebus tam apte prudenterque re-
 spondes: dicere non verebor, Nestores et Pericles abs te superari. Nam
 illorum orationes saepe irritae fuerunt; tuae vero nunquam non efficaces.
 Ac gentilitius linguae illorum fastus, velut improbitatis propago quaedam,
 illorum orationem deformabat, ut vermibus pomi elegantiam: tua vero labia
 ab omni fastu aliena solida et indelibata laude tuam linguam exornant.
 Graeci quidem ad res suas amplificandas, cum quosdam, stolidos ut reor

- A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.
- ἐκίνει κιθάρα κινεῖσθαι ἔφασαν καὶ τὰ ἄψυχα τοῖς ἐκείνου πρὸς
λόγον ἄσματος. εἰ δὲ καὶ ἡμῖν ἦν βουλομένοις τὴν ἀλήθειαν εἰς
μύθους ἐξαίρειν, ὄντινα τρόπον ποιήσαιμεν μείζω ἢ ἔχουσιν ὄντα
ὡς οὐκ ἐν ῥάδιον εὐρεῖν οὐκ ἐν δήπου μὴ φάναι. ὡς τό γε νῦν
Εἶναι καὶ πεπεσμεθα, μηδ' ἂν ἀπίστως ἔχειν, μηδ' ἀνέφικτ' 5
ἀνθρώποις ἠγεῖσθαι, ὁπηνίκα ὁρῶμεν ἐς μύθους τοὺς ποιητὰς
τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ἀπάγοντας· εἴτε μὴ οὐχ ἱκανούσης
V. 167 τῶν τότε ἀνθρώπων τῆς φύσεως· εἴτε καὶ αὐτοῖς δὴ τοῖς ποιη-
ταῖς δόξαν ἐπίτηδες ποιεῖν περιφανείας εἵνεκα πλείονος. ὡς γὰρ
ἤκιστα μείζω ἢ ὥστ' ἀνθρώπου φύσει χωρητὰ εἶναι, ὅποσα πρὸς 10
θαῦμα καὶ μύθους ἐκείνοι ἀπήνεγκαν, ἔδειξας σὺ διὰ πάντων
F ἐλάσας. πρότερον δ' ἔγωγ' ἀκούων Ἀκαδημίαν καὶ Λύκειον
καὶ Στοᾶν μέγα τι ταῦτ' ὄρμηγν εἶναι καὶ πᾶν ὅτι κάλλιστον καὶ
ὑπερήφανον, διὰ Πλάτωνα γοῦν καὶ Σωκράτην καὶ Ζήνωνα, καὶ
ὅσοι διάτορον ἐν διαλέξεσιν ἔπνευσαν. νῦν δὲ πᾶσαν τὴν περὶ 15
αὐτῶν εὐκλεῖα δόξαν ἀπεβαλόμην, ὥσπερ οἱ διαγρηγορήσαντες τὰ
ἐν τοῖς ὑπνοῖς ὀνειράτα· καὶ οἶομαί γε ἐκείνων θαῦμα οὐκ ἔθ'
ὑπέρτερον ἢ ὥσθ' ὁμοιον εὐρεῖν, ἀλλ' εἶναι μέτριον καὶ μόγις
P. 206 μέγα, τοσοῦτον ἐκείνους παριόντα ὁρῶν σε, ὅσον ἐγὼ τοῦ κατα-
ξίαν θαυμάζειν σε λείπομαι. καίτοι μέγα ἂν ἦν, εἰ καὶ παρα- 20
πλησίως τοῖς ἀδομένοις εἶχε τὰ σά. σὺ δὲ ἀλλὰ καὶ ὑπερσχὼν
φαίγη, ὅσον ἐν ῥαψωδίαις τῶν ἄλλων κηρύκων τῷ ὑπερφωνεῖν
ὁ Στέντωρ. ἰδοὺ γὰρ ὑπὲρ πᾶσαν Ἀκαδημίαν καὶ Λύκειον καὶ

3. ποιήσαιμεν Boiv. pro ποιῆσαι. 7. ἱκανῆς οὔσης W. in mg.
14. Ζήνωνα em. W. pro Σόλωνα.

homines, Orphei cithara demulsisset, cantu illius etiam inanima quaedam commota esse fabulati sunt. Quod si nobis etiam liberet veritatem fabulis commutare eoque modo exaggerare: nemo opinor negaverit, difficile esse ullam rationem comminisci, qua ea, quae nunc sunt, maiora fingantur quam re ipsa sint, cum plerasque res a poetis in fabulas redactas esse videamus; sive ingenia illorum temporum obtusiora fuerunt, sive alioqui poetae de industria propter maiorem claritudinem illa sint commenti. Ea enim haud quaquam esse maiora ingenii humani captu, quae illi ad miracula et fabulas detorserunt, tu demonstrasti, qui illa omnia confecisti. Ego vero cum pridem Academiam, aut Lyceum, aut Stoam nominari audirem, magnum aliquid imaginabar et pulcherrimum atque excellens, ob Platonem utique et Socratem et Zenonem et caeteros, qui disserendo valuerunt. Nunc vero omnem de illis praeclaram opinionem abieci, quemadmodum experrecti somnia: illorumque miraculum non maius iudico, quam cui simile reperiri queat: immo mediocre esse, et vix magnum habendum puto, cum te tanto intervallo eos supergressum esse videam, quanto infra dignitatem te admiror. Quamvis autem magnum esset, si res tuae rebus eorum qui celebrantur consimiles essent: tamen te tantum illos vincere constat, quantum Stentor clamando caeteros praecones superavit. Ecce enim palatium tuum

Στοὺν σοῖς λόγοις ἀποφαίνεις τὰ σὰ βασίλεια, προτανεῖον παν-
 τοδαπῆς παιδείας φαιη τις ἂν οἰκειότερον. εἶναι γὰρ καὶ μηδένα,
 ὄντινα τῆς σῆς ἀπολελευκότα φωνῆς, ἢ δῆτα μόνης τῆς θεάς,
 μὴ καὶ ὠφελείας τῆς μεγίστης, ὅσα γε πρὸς ἡθους ἑυθυμὸν καὶ
 5 γνώσεως αὔξησιν, ἐτι μὴν πρὸς τὸ ἐγκυμονῆσαι λόγους καὶ δια-
 λέξασθαι ἐτοιμότερον· ταυτὶ τοίνυν καὶ ὅσα παραπλήσια ἐκ
 μόνης γέ σου τῆς ὀμιλίας οὐκ εἰσὶν οἵτινες οὐκ ἀπώναντο· οἱ δ'
 ἀπώναντο, πάντες ἄρ' εἰσὶν. ἴσως δ' εἰσὶ καὶ παρ' οἷς ἀγαθὴν
 λαχοῦσι τὴν φύσιν, ὡς ἂν ὑπὸ ζεφύρω προῖνῳ κύνου ἕσειαν
 10 ἐμμελές, ὡς δὲ καὶ τῆς σῆς ἐπιπνοίας ἐμμελῆς ὁ τόκος τῶν κα-
 λῶν ἐξενήκεται. οἷς δὲ πᾶσι καὶ κρείττων πολλῶ φιλοτιμία τις
 ἔστιν, εἴ τις ἀποφθεγμάτων τῶν σῶν ἀπομνημονεύσειεν, ἢ τῶν
 Ὀμηρικῶν Ὀμηρίδαις. ἐξαίρετον χρῆμα ἡδονῶν, ὀπόσαι δι' ἀκοῆς
 πρὸς ψυχὴν ἀπαντῶσι, φασὶ τὰς Σειρήνας πάσαι γενέσθαι· οὐ
 15 μὴν ἀταλαίπωρόν γε, ὅτι μὴ θανάτου τιμώμενον. ἢ γὰρ τεθνά-
 ναι ἀκούσαντα πάνθ' ὄντινοῦν ἔδει, ἢ μὴ κηρῶ τὰ ὦτα φραξά-
 μενον κἀντεῦθεν κωφὸν τοῖς ἐκείνων μέλεσι μείναντα. σοῦ δὲ
 δημηγοροῦντος οὐχ ὅπως οὐ κηρῶ τὰς ἀκοὰς ἀποφράττειν ἐθέ-
 λουσιν, ἀλλ' ἀντικειμένως θάνατον ἡγοῦνται, ὅτι μὴ πανηκόους
 20 τινὰς, ὡς εἰπεῖν, ἀνέδειξεν ἡ φύσις, ὥσπερ οὖν τοὺς πανόπτας οἱ
 μῦθοι. τίνας γὰρ οὐκ ἂν ὑπερβέβηκας Δημοσθένεις τῆ τῆς δημη-
 γορίας οἰκονομία τε καὶ δεινότητι; τίνας δ' οὐ Πλάτωνας τῆ
 τοῦ νοῦ μεγαλοφύα τε καὶ σεμνότητι; τίνας δ' οὐκ ἂν ἀνηστήσω E

8. ἄριστοι legit W.

eloquentia tua ita instruxisti, ut quamvis Academiam, quodvis Lyceum,
 quamvis Stoam vincat, quod multo aequius omnis eruditionis domicilium
 appellaretur. Nemo enim est, qui tua suavissima voce audita, aut vultu
 tantum conspecto, non maximum inde fructum ad formandos mores, ad in-
 crementum doctrinae, ad eloquentiae copiam, et disserendi acumen ceperit.
 Haec igitur et id genus alia e solo congressu tuo emolumenta nulli sunt,
 qui non perceperint: qui vero perceperunt, omnes optimi evaserunt. For-
 tassis etiam sunt bonis quidam ingeniis praediti, apud quos, te aspirante,
 elegans institutionis egregiae foetus appareat; ut cynnis accidit, qui ma-
 tutino Zephyro aspirante praeclare canunt. Qui omnes longe magis eo
 gloriantur, si quis scite dicta abs te referat, quam Homeridae, si Homeri-
 cas sententias audierint. Suavitas insignis Sirenum vocis olim magnopere
 celebrata est. Sed ea non sine magna calamitate atque interitu audiri po-
 tuit: nec ulli manserunt incolumes, nisi aures cera obturassent sibi que au-
 diendi sensum ademissent. Te vero concionante tantum abest aures cera
 ut obturent, ut mortis instar ducant, quod natura eos non ab omni parte
 auritos fecerit, sicut fabulae quosdam plenos oculorum fuisse tradunt. Quos
 enim Demosthenes concionum artificio et vi non superasti? quos non Pla-
 tones ingenii magnitudine et gravitate vicisti? Quos vero non ita tibi devin-

A. M. 6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.

ἀνθρώπους, σὲ μᾶλλον θαυμάζειν ἢ τὸ τῆς Ἀττικῆς ἡλικίας ἀκμάζον πάλαι τὸν Σωκράτην, ἐφ' ὅλην σου τὴν δημηγορίαν χάριν ὁμοῦ καὶ παιδῶ συνορῶντας ἐφέρπονσαν, καθάπερ ἐπ' ἀνθρῶ ἀγορῶ τὸ ποικίλον τοῦ χρώματος; οὕτως ἐραστὰς ποιεῖς ἅπαντας τῆς σῆς Καλλιόπης, ἐκκάων ὑπερφυῶς. ἔχειν δὴ οὖν 5

Ἐτὰ τοῦ Σολομῶντος τοῖς σοῖς ἐφαιμίλλως οὐδεὶς ἂν ἔχοι ἀμφισβητεῖν· ὑπερέχειν γε μὴν τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἐστὶν ὅστις ἠγεῖται. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐστὶ φάναι, ἐκεῖ μὲν οἷς χρήσεται τις πολλοῖς οὖσι μαρτυροῖσι· ἐνταυθοῖ δὲ βραχέσιν, ἢ τοσοῦτοις μὲν, μὴ τοιούτοις δέ· πολὺ μὲν τ' ἂν τοῦναντίον. οἷς γὰρ τὰ ἐκείνου θαυμάζειν 10

ἔνι, τούτοις οὐκ ἔνι πλὴν ἢ τῆς τοῦ νότου βασιλείσης, ἣν ἐς Παλαιστίνην ἐκείνη πορείαν ἐστεύλατο, μαρτύριον. ὅσοι δὲ τῶν σῶν

P. 207 μέμνηται, τούτοις καὶ βορέαν καὶ νότον ὁμοῦ τοῖς λοιποῖς τῆς

V. 168 γῆς πέρασιν ὅστις μὴ οὐ φάσκει μαρτύρια εἶναι, ὅπως ἀθῶος φανεῖται τοῦ ἀλῶναι ψευδόμενος, οὐχ οἷός τ' ἂν εἶναι μοι δοκεῖ. 15

ἐπεὶ μέντοι κατὰ τὸν Ἀναξαγόραν νοῦς ἐστὶ σοφὸς ὁ τὰ πάντα διακοσμῶν καὶ πάντων αἴτιος, οὕτω δὴτὰ τῷ περιόντι σοὶ τῆς τοῦ νοῦ σοφίας ἐξηγῆ τῶν πραγμάτων καὶ οὕτω σοὶ τὴν ἀρχὴν διακοσμῆς, τῆς φρονήσεως τῷ μεγέθει πάντα περιτρέπων εἰς τὸ χρήσιμον, ὡς τῶν ἐξ αἰῶνος οὐδεὶς ἄμεινον. ἐθροῶσθαι δὲ καὶ ὁ 20

Βλόγος τῷ φήσαντι νῦν μοι δοκεῖ, ὡς γνώμη καὶ φρονήματι καὶ ἀνδρεία ψυχῆς τὰ πολλὰ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' οὐ τῷ πλήθει τῶν ὑπαρχόντων κρίνεται. ὡς γὰρ εἴ τις ἄριστος μουσικὸς τὴν ἐν τοῖς φθόγγοις ἁρμονίαν, ἐντείνων μὲν τὸ τῶν χορδῶν ὅποι τετάσθαι δεῖ, χαλῶν δ' ὅποι τοῦτο βέλτιον, τὰ τε διαστήματα 25

7. ἠγεῖται] ἦμισα codd., οἶεται W. in mg.

xisti, ut magis te mirentur, quam Attica illa aetas Socratem? quippe qui concionem tuam et persuadendi vi et voluptatum illecebris conditam esse perspiciant: sicuti agri varietate florum exornantur. Usque adeo tuae Calliopes amatores omnes reddis et mirabiliter incendis. Quare te Solomonis esse similem, nemo est qui dubitet: superari autem ab illo, nemo contendat. Neque enim dici potest, illic multa suppetere testimonia, hic vero pauca: aut totidem quidem, non autem talia: sed contra potius. Nam qui illum mirantur, iis non aliud competit testimonium, nisi Reginae Austri in Palaestinam profectae. Qui vero tuarum rerum mentionem faciunt, hi ad mendacii suspicionem abolendam et Septentrionis et Austri una cum caeteris terrae finibus testimonia proferre mihi posse videntur. Caeterum cum Anaxagora auctore mens sapiens sit, quae cuncta gubernet et omnium causa rerum existat: et tu excellenti sapientia res administras et imperium gubernas, ingenii magnitudine omnia in melius convertens, ut nemo unquam ex aequo id praestiterit, et recte is dixisse videatur, qui consilio, prudentia, viribus animi plerasque res, non autem rerum copia ponderari affirmavit. Ut enim musicus, qui sonorum concentum optime callet, chordis quae intendendae sunt intendendis, contraque laxandis, ubi id expedit, et moderatis intervallis

μέτρῳ ποιούμενος κάλλιστον οἶον τὸ χοῆμα τῆς ᾠδῆς κεράννυσιν· ὡς δὲ καὶ σὺ τῇ φρονήσει ἴσα καὶ ὀυθμοῖς τισιμουσικοῖς τὰ πράγματα διεξάγων τὴν διὰ πασῶν, ὡς εἰπεῖν, ἁρμονίαν ἁρμόζῃ, ὡς εἶναι συνάδειν πανταχόθεν ἑαυτῇ κάλλιστά τε ἔχειν καὶ ὡς ἂν πάν-

A. C.

1282

ad

1328

Imp. Andron.

Senioris.

5 τες πεισθεῖεν θεὸν εἶναι σαφῶς τὸν διὰ σοῦ τὰ τῆδε καθιστάμενον. C

οὔτω σὲ θεῖόν τινα καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἄνθρωπον πάντες νομίζουσιν ἄνθρωποι. φθάνεις γὰρ τῇ τοῦ νοῦ καθαρότητι τὰς τῶν ὑπηκόων ἀπάντων διερχόμενος διαθέσεις καὶ γνώμας καὶ ὅποι μάλιστα τείνουσιν ἀρετῆς ἢ κακίας κάλλιστα διαγιγνώσκων· κἀν-

10 τεῦθεν ἁρμόζεις, ὡς εἴρηται, σαυτὸν ὡς δεῖ τοῖς πᾶσιν ἀνθρώ- D

ποις· καὶ κυβερνᾷς, κατὰ Πίνδαρον, τὰν πολύστροφον γνώμαν ἐκάστων καὶ διατίθης ὅποι ἂν σχοίῃ τὰ πράγματα βέλτιστον. γνώριμον δ' εἴη παντί που, ὡς οὐκ ἂν ποτε Θεμιστοκλῆς πρὸς φήμης ἤλασε τοσοῦτον, εἰ μὴ Ξέρξης ἤλασεν ἐφ' Ἑλληνας. οὐκ

15 ἂν δὲ Μιλτιάδης ἐκεῖνος οἶμαι ἐς ὄνομα ἤγετο, εἰ μὴ Περσικοὶ

σαυτοῦ καὶ τὰ τῆς Ἀσίας ὄπλα πρὸς Ἀττικὴν καὶ Μαραθῶνα διέβαινον πρότερον. ἀλλ' εἶχον ἂν τὴν ἀρετὴν θαλαμνομένην, E ὡς εἰπεῖν, καὶ ἀτεχνῶς ἐν ἀδήλῳ κειμένην, ὥσπερ οἱ Θησαυροί. καὶ σοῦ δὲ τὴν οὐρανοῦ ψάφουςαν φρόνησιν κατίδοι ἂν τις ἐκ μυ-

20 ρίων μὲν καὶ ἄλλων· ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ καιρὸς ἀντέπνευσε μὲν, οὐκ

ἀνεσόβησε δέ σου τὰ πράγματα, πάσης βασάνου σαφέστερον τοῦτ' ἂν εἴη δεῖγμα, ἀκιβδήλῳ φάναι χρυσῷ κατεσκευάσθαι σου τὰ τῆς διανοίας. πολλοῦ γὰρ τὰ πράγματα εἰληφῶς διατρέχον-

25 ἀπαρχίας καὶ μικροῦ πάντων ἐθνῶν ἐφ' ἡμᾶς κινουμένων οὔτω

relinquendis cantum elegantissime permiscet: ita et tu, qui prudentia veluti rhythmis musicis omnia temperes, absolutissimum concentum efficis, quo res pulcherrime gubernatae et ab omni parte consentientes efficiant, ut omnes existiment Deum plane esse, qui tuo in iis regendis ministerio utatur. Ita te omnes homines divinum quendam hominem et homine superiorem existimant. Nam animi puritate subditorum omnium affectiones et voluntates penetrans et, ad quas virtutes aut vitia potissimum tendant, acerrime perspicens, ita te componis, ut dictum est, quemadmodum omnibus hominibus convenit: et, ut Pindarus ait, varium cuiusque ingenium gubernas, itaque singula disponis, ut optime collocentur. Neque vero quisquam ignorat, Themistoclem nunquam ad tantam gloriam fuisse perventurum, nisi Xerxes in Graeciam invasisset. Neque etiam Miltiades ille, ut arbitror, tantum nomen haberet, nisi Persici satrapae et Asiana arma prius in Atticam et Marathonem penetrassent: sed eorum virtus, ut terra obruti thesauri, in obscuro latuisset. At tuum divinum ingenium cum ex aliis infinitis perspicere queat, tum vero ex eo, quod cum tempora adversarentur, nec tamen res tuas everterent, id evidentissimum signum fuit praestantis tuae sapientiae. Nam cum Imperium perturbatione plenum suscepisses, nec dissimile nubibus ab Aquilone agitatiss, et paene omnes nationes in nostrum

- A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron. Senioris. σφοδρῶς, ὡσπερ οὐς φασὶ καταράκτας Νείλου, μόνος αὐτὸς τὰς ζυβολὰς ἐς σεαυτὸν ἀναδεχόμενος ἐστῶτι φρονήματι, παραπλησίως προβλῆτι πολλῶν προσρηγνυμένων κυμάτων ἀκυμάντω μένοντι, οὕτω καὶ βουλευῆ καὶ διατίθης, ὡς οὐδ' ἐν οὐδενὶ τῶν ἀπάντων ἐνθυμηθῆναι πρὶν τελεσθῆναι· οὕτω μὴν ῥαδίως, ὥστ' 5
- P. 208 ἔργον εἶναι μᾶλλον οἷς ἐν πειρωμένοις λόγῳ διεξιέναι ἢ σοὶ ἔργῳ πληροῦντι· ὡς ἐξεῖναι, εἴ τις βούλοιο διαμετρεῖν ὅσα τε λόγοις, ὅσα δὲ καὶ ἔργοις, φρονήσεως γέμουσιν ἐκατέροις, ἐπιτελεῖς τρόπαια, ἡμέρας ἐκάστης ἀριθμοῦντι τὰς ὥρας πάνυ τοι σφόδρα ποιεῖν εἰκός. μηδὲ γὰρ εἶναι μηδεμίαν, ἣτις παρέλθοι 10 σῶν ἢ λόγων ἢ ἔργων καλλίστων ἄμοιρος. σοῦ γὰρ καὶ φθέγμα ἐν ἐκμελίσει καὶ περιτρέπει ἐς τὸ πρᾶον καὶ τὸν σφόδρα ἀμείλικτον
- B καὶ ἐκτεθρησιωμένον εὖ μάλα ἄνθρωπον, ῥᾶον ἢ λέγεται τὸ τοῦ Σαὺλ δαιμόνιον ἢ τοῦ Δαβὶδ κινύρα. ὡς νῦν γε σοῦ χάριν σχολὴν ἄγομεν φόβου παντὸς ἡμεῖς. ἐν γὰρ τῇ πρῶμνῃ τῶν καθ' 15 ἡμᾶς, ὡς εἰπεῖν, πραγμάτων καθήμενον ὀρῶντές σε καὶ διαγρῦ-
V. 169 πνοῦντα ἐπιμελῶς ἐκ γε τῶν προλαβόντων παρεσκευάσμεθα καὶ τὰ τέως προσδοκηθέντα δεινὰ πρὸ τῆς πείρας αἰὲν παρακρούεσθαι γενησόμενα πάντ' εἰδότες τῆς σῆς διανοίας τρόπαιον. καὶ μέχρι
- C τούτου τάχ' ἂν τινες ἀθυμήσαιεν, μέχρις ἂν ποιήσωσι τὴν ἀρίστην 20 σου σύνεσιν ἐνθύμιον· ἔπειτα ἔδοξας ὡς ὑφ' ἡλίῳ καομένοις ζέφυρος. ἔλαθον δ' ἄρα ἐμαυτὸν ἔγωγε εἰς τὰς ἀβύσσους τῶν σῶν κατὰ βραχὺ καθιεῖς πλεονεκτημάτων; τοῦτο δ' ἦν δήπου, ὅπερ
3. μένοντι] Wolfius addit: atque omnium periculorum tempestatibus sedatis, in tranquillum portum nos perduxisti. Hinc Boivin. aliquid deesse suspicatur. 14. Σαὺλ pro Σαούλ. BOIV. 18. πρὸ A. et W. in mg. pro πρὶν.

exitium conspirassent tanta vehementia, quantus in Nili cataractis impetus esse fertur: tu solus impressiones illas constanti animo, instar immotae rupis violentos fluctus aspernantis, excepisti: atque omnium periculorum tempestatibus sedatis in tranquillum portum nos perduxisti. Ita tu quidem et deliberas et disponis omnia, ut nemo omnium prius illa cogitare possit, quam perfecta fuerint: idque adeo facile, ut difficilior sit aliis ea commemorare, quam tibi administrare. Unde fit, ut si quis enumerare velit prudentissima et dicta et facta tua, non aliud agat, quam qui cuiusque diei horas numerare instituerit, quarum nulla elabitur pulcherrimarum tuarum vel orationum vel actionum expers. Nam vel tuae vocis sonus unus mitigat et mansuefacit hominem etiam immanissimum: idque facilius, quam lyra Davidis daemonium Saulis fugabat. Nunc igitur tuo beneficio metu omni vacui sumus. Nam cum te in puppi, ut ita dicam, rerum nostrarum sedentem videamus et diligenter excubantem, ex iis, quae praecesserunt, parati sumus: et nuper expectata pericula, priusquam periculum eorum faciamus, avertimus, tua sapientia illa omnia propulsatum iri praevidentes. Ac tantisper forsitan aliqui desperarint, donec summam prudentiam tuam cogitarint: tum vero ita recreantur, ut afflatu Favonii aestuantes. Sed quid ego impru-

ἀπελεγόμεν τῷ λόγῳ ἀρχόμενος, σαφέστατα πάντων ἀποροῦντα αἰσθόμενος αὐτὸς ἐμαυτόν. καὶ γὰρ ὥμην μικρότατα εἰπόντι καὶ ὅσα ἀρκεῖν εἶναι χρέους ἔκτισιν μηκέτ' εἶναι πλημμελὲς τῶν γ' ἑξῆς, εἰ βουληθεῖην, ἀποστατεῖν. παρῆλθε δὴ με, ὡς πράγμα A. C.
1282
ad
1328
Imp. Andron.
Senioris.

5 ποιῶν εἶην τῆς ἐμῆς τὰ μέγιστα γνώμης καταψευδόμενον. περὶ **D**
γὰρ τοι τοῦ μεγίστου χορήματος τῆς σῆς φρονήσεως προθέμενος
λέγειν, πλὴν τῶν ἔργων δι' ἧς ταῦτα πράττεται καὶ ἧ ἔπεται
ὡσπερ ὀγκάδι ἐφόλκια, προσόμοιον ἔγνω ποιεῖν, ὡσπερ ἂν εἴ τις
ὄρμαθοῦ τινος ἄκρου λαβὼν τῇ χειρὶ, ἔπειτα ἐνόμισεν ὑφαιρεῖσθαι

10 τουτὶ ἥκιστα τοῦ ἐφεξῆς κινήθησομένου. τότε δ' ἦν ἂν ἄβου- **E**
λίας μεστὸν, ὡσπερ δὴ καὶ τοῦμὸν τουτί· οὐ μὴν οἶόν τ' οὐκ
ἔχειν παραίτησιν, εἰ μὴ τινες κάκείνου τὴν συγγνώμην ἀτεχνῶς
ἄφαιροῦντο, εἴ τις ἀπειροθάλαττος ὢν, ἔπειτα περιπολοίῃ μὲν
τὰς ἀκτὰς, ἔς δὲ τὰ τῶν πελαγῶν ἀμήχανα οὐκ ἐθέλοι οὐδαμῆ

15 οὐδαμῶς ἐφεῖναι. ἀλλὰ γὰρ οὖν τῶν εὐλόγων εἶναι κάμοι δοκεῖ
τῶν σῶν ἀγαθῶν, ὡς εἰπεῖν, τὰς ἀκτὰς παραπλεύσαντα ὡσπερ **F**
ἑξῆς ἐχῆν εὐχῆ τὸν λόγον ἐνορμίζειν. ὁ τῆδε τῇ ἀρχῇ καὶ τῷ τοιῷδε
χρόνῳ μάλα προσφρῆ καὶ προσήκοντα ἀναφήνας σὲ θεὸς αἰῶν
παντὶ συνδιαμετροίῃ σοῦ τε καὶ τῶν ἐκ σοῦ τὸ βασιλείον κράτος,

20 ὡς ἂν καὶ ἡμῖν εὐδαιμονεῖν εἴη μέχρι διαπαντός.”

9. Ἐμοὶ μὲν οὖν ταῦτα διεξιέναι τῷ τηρικαῦτα ξυμβέβηκε. **P. 209**
τοῦ δὲ χρόνου προβαίνοντος ἔς τὸ πρόσω παρὰ τοσοῦτο πλείονα
τὴν αὐτοῦ διάθεσιν ἀεὶ καὶ εὐμένειαν ἐκαρπούμην, παρ' ὅσον καὶ

5. καταψευδόμενον Boiv. pro καταψευδόμενος. 7. δι' ἧς ταῦτα
πρ. pro ἃ δι' αὐτῆς πράττ. BOIV. 14. ἐθέλοι Boiv. pro ἐθέλει.

dens in excellentiae tuae gurgites me paulatim immitto? Id ipsum vero est, quod initio orationis detrectabam, cum me omnibus tuis laudibus praedicandis plane imparem esse sentirem. Putabam enim, si pauca dixissem, quae ad aes alienum dissolvendum satis essent, licitum fore mihi caeteris supersedere: sed non animadverti, me id facere, quo mea opinio plurimum falleretur. Nam cum de re maxima, tua nimirum sapientia, dicere instituissem, praetermissis operibus, quae per eam geruntur et quae eam ita sequuntur, ut maiora navigia lembi: perinde me facere animadverti, ac si quis catena summa manu prehensa putaret eam sic se ablatum, ut annuli reliqui non moverentur. Id quod incogitantiae summae fuerit, sicut et meum factum: quod tamen veniam meretur, nisi ea illi etiam negetur, qui maris ignarus in littoribus observetur, sed in profundum pelagus sese demittere minime velit. Mihi certe quidem non a ratione alienum videtur, tuorum bonorum quasi littora ut licuit praetervecto in voti portum appellere. Deus, qui te huic Imperio et his temporibus aptissimum et opportunissimum produxit, idem tuam tuorumque Imperatoriam maiestatem in omne aevum tueatur, ut et nos perpetua felicitate floreamus.”

9. Tum igitur sic accidit, ut hanc orationem haberem. Tempore autem procedente maiorem in dies erga me eius affectum ac benevolentiam

- A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron Senioris.
- τὸν χρόνον ἐς τὸ πρόσω προβαίνειν ξυνέβαιεν. ὥστε καὶ ἐς τὰς τῶν ἱερατικῶν μετῆς ἐκκλησίας πρώτας τιμὰς ἀνάγειν ἐσκέπτετο. ἤδη δὲ καὶ ὡσπερ ἀρῥαβῶνά τινα τὴν τοῦ χαρτοφύλακος ἀξίαν ἐν γὰρ τῷ παρόντι ἠνάγκαζε δέξασθαι με, ἵν' εἴη τις τοῦτ' εὐ-
B πρόσωπος αὐτῷ ἀφορμὴ πρὸς τοὺς βασκαίνοντας καὶ ὑπ' ὀδόντα5
 λουδορουμένους αὐτῷ τῆς ἡμετέρας εἵνεκα τιμῆς, ἧς παρ' αὐτοῦ λαμπρῶς εὐθὺς ἐκαρπούμην, μήτε χρόνον προεισενγκῶν, ὡς ἔθος τοῖς πλείστοις, μήτε τινὰ πολιὰν τρίχα, μήτε τινὰ τιμὴν ἱερατικὴν. ἠντρέπιζε δέ μοι ἤδη, ὡς ἐφ' ἐτοίμῳ τῷ πράγματι, καὶ ὃ τῇ ἀξίᾳ προσήκοντα ἦσαν ἐνδύματα. ἐγὼ δ' ἐς τὴν ἑμαντοῦ 10
 νεότητα ἀπιδὼν καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἀωρίαν πραγμάτων παρελ-
C θῶν ἔλεξα τοιάδε. (B.) „Περὶ μὲν ἑμαντοῦ καὶ ὡς οὐπω μοι καιρία τὰ τῆς ἱερατείας βραχύν τινα ἀποχρήσειν μοι δοκῶ τὸν ἀπόλογον. ὅ,τε γὰρ μοι χρόνος οὐπω ὠραῖος πρὸς γε τὰ τοιαῦτα· καὶ μέντοι γε καὶ οἱ τῆς ἡσυχίας καὶ τῶν λόγων μαριώδεις καὶ 15
V. 170 λελυττηκότες ἔρωτες ἠβῶσιν ἔτι παρ' ἐμοὶ καὶ με μὴ, πρὶν εἰς κόρον ἐξήκειν, παρήσειν διῶχυρίζονται. τότε γὰρ καὶ τὰ τῆς
D διανοίας τὸ ἄφρετον ἔξειν καὶ ἀποχωρῶν πρὸς θεοῦ λειτουργίαν. τὸ δὲ νῦν ἐμβριθεστέραν εἶναι τὴν τῶν μυστηρίων τόλμαν, ἢ ὡς ἐμέ γε ἐνεῖναι ῥαδίως ἐνέγκαι, τοῦτο δ' οὖν εἰ μή τῳ δὴ τῶν 20
 πάντων ἄλλῳ, ἀλλὰ γὰρ εἴ τι τῶν ἀπάντων ἄλλο καὶ τοῦτο δὲ τῶν πάντων τοι προδήλων ἐμοιγε. ὀπόσῃ γὰρ ἐχρῆν τοῦ πράγματος τὴν πείραν, τόσῃ, ὡς εἰπεῖν, ἀσπῶ τὴν ἀπειρίαν ἐν γούν τῷ πα-
 ρόντι. τὸ δ' οὕτως ἔχοντ' ἀμαθῶς κατατολμῶν τῶν θείων καὶ
E ἀπαύστων, ὅμοιον ὃν ὡσπερ ἂν εἴ τις ἐπεπήδα θαλάττη, πρὶν 25

expertus sum; adeo ut primos etiam Ecclesiasticos honores mihi conferre cogitaret, ac statim Chartophylacis dignitatem velut pignus quoddam accipere me cogeret; ut speciosam causam haberet ora obturandi obtrectatoribus, qui clam illi ob talem erga me affectionem conviciabantur; quod nec provecta aetate nec cano capillitio nec sacerdotio aliquo commendatus, ut plerique solerent, illa fruerer. Iam vero, ut re non dubia, etiam dignitati consentaneas vestes mihi parabat. Ego vero, cum adolescentiam meam et tempus huiusmodi rebus alienum considerassem, ad hunc modum verba feci. (II.) „Quod ad me et immaturam sacerdotio aetatem attinet, non magna opus esse arbitror excusatione. Nam et anni mei talibus rebus sunt impares et otii ac litterarum insanus ac furiosus amor adhuc apud me fervet: nec me missum facturum affirmat, priusquam iis ad satietatem fruatur. Tum enim et liberum fore meum animum et ad Dei ministerium idoneum. Nunc vero audacem mysteriorum tractationem onus esse gravius, quam ut facile illud possim sustinere, si nemo alius intelligit, ego certe sic intelligo, ut nihil magis. Nam quantam res experientiam postulant, tantae mihi sum imperitiae conscius, hoc quidem tempore. Atqui hominem adeo rudem divinis et non tangendis sese rebus ingerere, non aliud fuerit, quam si quis natandi nescius in mare desiliat:

ἢ μαθεῖν διανήχεσθαι, οὐθ' ὑγιᾶς ἡγήμαι καὶ οὐδὲ πλείστον δέω
 θανατάζειν, εἴ τις ἀνάσχοιτό ποτε τοσαύτην τόλμαν ἀνασχέσθαι
 λογισμοῦ καθεστηκότι πλήττων ἑαυτόν. ποίων μὲν γὰρ οὐκ ἂν εἴη
 προσητήρων, ποίων δ' οὐκ ἂν θαλαττίων πνυθμένων τὸ προᾶγμα
 5 ἐπάξιον; εἶεν. τό γε μὴν πρὸς ἐμὲ εὐμενὲς καὶ κηδόμενον τοῦ σοῦ
 κράτους καὶ πρὸς εὐποίας πάνυ τοι σφόδρα ἐπικλινὲς καὶ ὀξύρ-
 ροπον, εἶπερ δὴ τι τῶν ἀπάντων ἕτερον καὶ τοῦτο δ' ἐν τοῖς P. 210
 μάλιστα ἔγωγε ἄγαμαι· καὶ οὐκ ἔχω παντοδαπὸς γιγνόμενος
 τίσι χρησάμενος ἐπινοίαις γνοίην ὅπως ποτὲ καὶ οἷσσι τοῖς
 10 αἰτίοις αὐτὸς χρησάμενος, ὃ βασιλεῦ, τοιοῦτός μοι γίγνη. ἀλλ',
 ὡς ἔοικε, πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην ὡσπερ πρὸς ἀρχέτυπον εὐ-
 φρωῶς ἀμιλλώμενος οὐκ ἀναμένεις αἰτίας ἀεὶ περὶ πᾶν ἀγαθόν·
 ἀλλὰ πῆ μὲν, πῆ δ' ἀναίτιος γίγνη καὶ σφόδρα φιλότιμος εὐερ-
 γέτης. ὃ δὴ καὶ μάλιστα πάσαις ἀρχαῖς οἰκειότατόν τε καὶ προ- B
 15 πωδέστατον. τὸ γὰρ προὑπηρογμένης αἰτίας εὐεργετεῖν οὐ μᾶλλον
 γ' ἂν εἴη τοῦ δρωόντος, ἢ τοῦ τὴν αἰτίαν προβεβλημένου. καὶ
 νῦν γέγονέ σοι τὸ τῆς ἕξεως φύσις ἀμεταβλήτως ἔχουσα· καὶ ὡσπερ
 ἕκαστα τῶν ὄντων τὸ τῆς φύσεως ἴδιον αὐτομάτως ἀποτελεῖ καὶ
 20 κεχειροτόνηκεν, οὕτω δίεισι τὸν πάντα αἰῶνα διατελοῦντα, οὐδαμῆ
 οὐδαμῶς οὐδεπώποτ' οὐδεμιᾶς ἀποχειροτονῆσαι δεδνημένης τρο-
 πῆς, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς πεφνκῶς πρὸς εὐεργεσίας τοῦτο καὶ C
 λόγοις καὶ πράγμασιν, οἷονεὶ τι φύσεως ἄτρεπτον καὶ ἀκίρητον
 ἴδιον, οὐδέποτε οὐδαμῆ διαλείψεις διατελῶν. ἐνθεν τοι καὶ χάρι-
 25 τας ἀπάσας ἐθέλων ὁμολογεῖν, ἔπειτα τὸ πρὸς ἀξίαν οὐκ ἔχων

13. ἀλλὰ πῆ μὲν, supple: οὐκ ἀναίτιος. BOIV.

neque sani hominis ego esse puto et valde mirer, si quis animo constans vel cogitare tale aliquid sustineat. Quibus enim fulminibus, quibus maris gurgitibus non digna fuerit illa confidentia? Caeterum tuae maiestatis clementiam erga me, sollicitudinem et summam ad bene merendum propensionem, si quid usquam aliud vel in primis admiror: et quocumque me vertero, non habeo, quo consilio adductus, quibusve rationibus, Imperator, te mihi talem praebeas: nisi quod apparet, te cum omnium Domino ingeniose contendentem non ullas expectare beneficentiae causas: sed illud tantum spectare, qua ratione bene mereri possis. Quod sane omnibus Imperiis dignissimum est et maxime proprium. Nam beneficentiae causa suppeditata benefacere, non tam benefici fuerit, quam eius qui id meruerit: et nunc diuturna illa consuetudo tua in immutabilem naturam est mutata: et ita ut omnes aliae res sive naturae munus ultro faciunt, ut aqua humectat, ut ignis urit, eodemque modo caetera per omne aevum naturas suas retinent, nec ulla unquam vi ab iis depelluntur: sic et ipse ad benefaciendum natus neque verbis neque factis bene mereri desistis. Quare cum gratum animum declarare verbis in primis cupiam, nec id pro dignitate fa-

A. M. οὐχ ἦττον ἔμαυτοῦ γε τῷ τε λόγῳ καὶ τῷ χρόνῳ νεμεσῶ. δυοῖν
 6791 γὰρ κατ' οὐδὲν οὐδέτερος ἐσάπαν ἀνέγκλητος ἔμοιγε φαίνεται.
 ad ὅ,τε γὰρ λόγος ἀνώτερος ὢν τῆς ὕλης καὶ προσήκων μᾶλλον ἀρε-
 6836 ταῖς ἐδόκει δὴ μοι μηδ' ὀψὲ τοῦ χρόνου μὴ τροπῇ μηδὲ φθορᾷ
 Imp. Andron. Δτιμ λατρεύσειν, ἀλλ' ὁμοίως ἔχειν ἐν παντὶ διαπαντὸς τὴν τῶν 5
 Senioris. πραγμάτων φύσιν ἀποφαίνειν ἀποχρώντως· ὁ δὲ λέληθεν ἤδη
 μεταβαλὼν καὶ αὐτὸς, ἐπειδὴ σοί γ' ἐντετύχηκε τῷ μακροῦ θη-
 σαυροῦ τῶν καλῶν. οὕτω γὰρ ἀσθενῶς ἔσχεν, ὥστ' οὐδένας τῶν
 αὐτῷ χρωμένων ὑμνησαν πρὸς ἀξίαν τὰ σά, πάσαι πολὺν ἤδη
 Εχρόνον πειραθέντες τε καὶ πειρώμενοι. οὐκουν οὐδ' αὐτὸς θαρ- 10
 ρήσας ἦκον, ὡς τῆς ἀξίας ἴσως δυνησόμενος ἐφικέσθαι. καίτοι
 γε ἐβουλόμην γ' ἂν μᾶλλον, ἢ πάντα μοι ἐγγενέσθαι χρήματα.
 μεγίστην γὰρ ἂν οὕτω τοῖς ἐμοῖς παρεῖχον λόγοις τὴν εὐγένειαν,
 ὥσπερ ἄρα καὶ ταῖς ἑαυτῶν χερσὶν οἱ τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἀπτό-
 μενοι· ἀλλὰ πολλῶν τῶν ἐκ τῆς παρομιίας ἡμῶν ἀδυνάτων ἐν 15
 ταῖς βίβλοις κεμένων ἐν τι τῶν πολλῶν καὶ τοῦτο κινδυνεῖ
 F καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι. ἐνταυθοῖ δὲ τοῦ λόγου γενόμενος ἀνεμνή-
 σθην τοῦ Ἀττικοῦ μύθου, ἐν ᾧ τὸν Μῶμον ἀχθόμενον εἰσάγει
 τῷ Διὶ καὶ ἀποσκώπτοντα, ὅτι μὴ συμπαρήγαγε τῷ τοσοῦδε καὶ
 τοιοῦδε κάλλει τοῦ παντὸς καὶ τὸν ἀξίον τοῦ παντὸς ἐπαινέτην. 20
 V. 171 κατὰ ταῦτά γάρ μοι καὶ αὐτῷ καὶ ἀποσκώπτειν ἐπήμι καὶ ἄχθεσθαι
 τῷ χρόνῳ νυκί. εἶπερ καὶ γὰρ ὡς τοσοῦτων ἀγαθῶν ἐμπλεων
 προήνεγκεν ἀνθρωπὸν σε καὶ οἶον οὐ μέχρι σοῦ ὁ δὲ καὶ τοὺς
 ὑμνήσοντας ἀξίως συμπροήνεγκε, πάντῳ γ' ἂν ἐποίει δεδογμένα

16. καὶ τοῦτο, scilicet τὸ πρὸς ἀξίαν ὑμῆσαι τὰ σά. Vid. No-
 tas. BOIV.

 dicentur.” Atque ipse allato cibo edit. Erant autem illa, quibus vesceba-

- A. M. 6336
ad
6849
Imp. Andron.
Junioris.
- τροφῆς ὀστρακόδεσμα πάντα διὰ τὰ τῶν νηστίμων ἐκείνων ἡμερῶν νόμιμα· ἐφ' οἷς δέον ἀκρατοποσία χρήσασθαι, δυναμένη γηραιὸν τονῶσαι στόμαχον πρὸς κατεργασίαν τῆς σκληροτέρας ἐκείνης τροφῆς· ὁ δὲ ψυχροποσία ἐχρήσατο. ἔθος γὰρ αὐτῷ ἦν, ὅποτε
- Εἰσόδοιτο θερμοτέρας τῆς ἕξεως τῶν οἰκείων φλεβῶν γινομένης, 5 ἀμέτρον χρῆσθαι ψυχροποσία, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἡναγκάσθαι ποτὲ τῶν φλεβῶν μηδεμίαν τεμεῖν. τοιαύτη τοίνυν διαίτη καὶ νῦν χρησάμενος δυσφορεῖν εὐθὺς ἤρξατο καὶ πάννυ πονήσως ἔχειν τοῦ στομάχου καὶ τῆς καρδίας. ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἐμφραττομένων ἤδη καὶ στενοχωρουμένων ἤσθάνετο καὶ ὅσον 10
- Ἐαὐτίκα τεθνήξομενον ἐβλεπεν ἑαυτὸν καὶ διὰ τὴν ἄωρίαν οὐχ
- V. 231 εὕρισκεν οὐδένα, ὅς αὐτῷ μεταδοίη τῶν θείων μυστηρίων, κλεισμένων ἀπασῶν τῶν περὶ τὰ βασίλεια πυλῶν, ἀναστὰς ἡγχαρίστησέ τε τῷ θεῷ καὶ ὑπὲρ σωτηρίας τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἠΐξασθαι πλουσίοις τοῖς δάκρυσι καὶ γονυκλισίαις πολλαῖς. εἶτα ἐγκόλ- 15 πιον φέρων τὴν τῆς θεομήτορος θείαν εἰκόνα ἐς τὸ στόμα ἐνέβαλεν ἀντὶ τῶν θείων μυστηρίων καὶ καθίσας ἐπὶ τῆς κλίνης εὐθὺς ἀπήλλαξεν, οὐπω τῆς νυκτὸς ἐκείνης ληξάσης. κλίνην δ' ἐνταῦθα
- P. 285 νοητέον οὐ τὴν συνήθη καὶ ἐν τῷ φανερωῷ κειμένην, ἀλλὰ τὴν πάννυ τοι ἐνδοτάτην καὶ παρὰ πλευρὰν τοῦ οὐρηδόχου κειμένην 20 οἰκίσκον. ἀφ' οὗ γὰρ ἤρξατο δυσφορεῖν καὶ στενοχωρεῖσθαι τὰ ἔνδον, συχνάκις καὶ κατὰ μόριον ὥρας ἐς τὸν τοιοῦτον εἰσῆει οἰκίσκον χρείας ἀναγκαίας εἵνεκα τῆς γαστρούς. τὸ δ' οὖν τελευταῖον μὴ δυνηθεὶς ἐς τὴν συνήθη καὶ φανερὰν ἑαυτὸν ἀνασώ-

2. χρῆσθαι A. 24. ἐπανασώσασθαι A.

tur, omnia testacea propter illorum dierum solenne ieiunium. Post quae cum merum bibendum fuisset, quo vetulus stomachus ad duriores illum cibum conficiendum firmaretur, ille frigida usus est. Solebat quippe, cum venas suas calore nimio affectas sentiebat, immoderate frigidam bibere, ne ulla venae sectione esset opus. Tali ergo diaeta tum quoque usus statim aeger esse et e stomacho et corde graviter laborare coepit. Cum autem ipsius spiritus meatus obturari et coarctari sentiret, ac mortem iam sibi instare cerneret, et propter intempestam noctem neminem reperiret, qui sibi divina mysteria impertiretur, omnibus circa palatium portis clausis surrexit et gratias egit Deo et pro salute animae suae cum uberibus lacrymis et genuflexionibus multis oravit. Deinde sacram Deigenitricis imaginem, quam in sinu gestabat, loco divinatorum mysteriorum in os inseruit: cumque in lecto consedisset, ea nocte nondum elapsa subito decessit. Lectus autem in praesenti intelligatur non consuetus ille, sed omnium intimus, is videlicet qui ad latrinae latus situs fuit. Ex quo enim male habere coepit et difficiliter spirare, saepius uno horae quadrante ad requisita naturae eo se conferebat. Postremo autem, cum ad solitum et apertum lectum pervenire non

σασθαι κλίνην, νόρρη πεδηθέντων τῶν νεύρων τε καὶ ἄρμο-
 νιῶν ἤδη τοῦ σώματος, ἐς τὴν εἰρημένην καθίσας ἀπὸ ἄλλοι-
 (E.) ἔντεῦθεν δὲ καὶ ἡμῖν ἐξεγένετο ῥᾶδιον ἤδη ξυνιέναι τὴν τοῦ
 χρησιμοῦ λύσιν, ἄδηλον οὖσαν τὸ πρότερον ἅπασιν. εὗρηται γὰρ
 5 ἕκ πολλοῦ βίβλος τῷ βασιλεῖ, ἣν ὁ γεγραφὼς ἄδηλος ἦν τὸ παρὰ-
 παν γράμματά τε αἰνιγματώδη καὶ ἀμυδρά τινα δι' εἰκόνων γνω-
 ρίσματα φέρουσα τῶν μελλόντων ἀεὶ βασιλεύειν. ἐν ἧ τὰ μὲν
 τῆς γνώμης καὶ περηνόας τοῦ τοιούτου βασιλέως γνωρίσματα ξύν
 τε ἄλλοις καὶ ἡ τῆς ἀλώπεκος ἐδείκνυ εἰκῶν· τῆς δὲ τελευτῆς, ἐν C
 10 τοιούτῳ κειμένη τόπῳ καθέδρα καὶ δύο παριστάμενα μελανειμο-
 νοῦντα μειράκια, ἀπερικαλύπτους ἔχοντα πάντη τὰς σφῶν αὐτῶν
 κεφαλὰς. τὸ οὖν μελανειμονεῖν καὶ τὸ ἀσκεπεῖς εἶναι καὶ τὸ δύο
 τὰ μειράκια φανῆναι ἐδήλου τῷ βασιλεῖ τὸ τοῦ μέλανος ῥάκουσ
 ἔνδυμα καὶ τὴν στέρησιν τῆς βασιλικῆς καλύπτρας καὶ τὴν ἐπὶ
 15 τούτοις διετίαν. δύο γὰρ ἔτη συνέζησε τοῖς τοιούτοις ῥάκεσιν. καὶ D
 οἶμαί γε μὴ διαμαρτάνειν ἐμὲ τῆς προσηκούσης λύσεως, τοιαῦτα
 περὶ τοῦ χρησιμοῦ διεξιόντα. (5'.) Ἄμα δ' ἠλίῳ τὸν ἐκείνου
 νεκρὸν ἐς τὴν μονὴν τοῦ Λιβὸς ἐπικεκλημένην ἀπήνεγκαν, ἣν ἡ
 μήτηρ αὐτοῦ Θεοδώρα ἡ δέσποινα ἀνεκαίνισεν. ἐνθα δὴ καὶ τὸ
 20 πένθος κατ' ἔθος ἐπὶ ἐννέα ἡμέρας τετέλεσται.

1. νεύρων τε καὶ add. A. 2. ἤδη om. A. 5. ἦν — παράπαν
 add. A. 10. μελανειμοῦντα W.

posset, nervis et compagibus corporis iam obtorpescentibus, in eo quem
 diximus decessit. (V.) Ex eo nos quoque oraculum, prius omnibus obscu-
 rum, facile intelleximus. Multo enim antea repererat Imperator librum,
 cuius auctor omnino erat incertus. In quo perplexis litteris et obscuris ima-
 ginibus indicia continebantur eorum omnium, qui unquam imperio potituri
 essent. Ibidem autem animi et prudentiae signum huic Imperatori, praeter
 caetera, attributa erat vulpes; obitum vero designabant tali in loco posita
 sella et duo nigro vestitu astantes adolescentuli, apertis omnino capitibus.
 Niger autem vestitus et aperta capita et duo tantum adolescentuli Impera-
 tori monasticum cucullum significarunt et Imperatorii diadematis amissionem
 et biennium ex eo transigendum. In eo enim habitu annos duos exegit; et
 in hac oraculi explicatione me non falli arbitror. (VI.) Sole orto cadaver
 eius in Libis monasterium est perlatum, quod mater eius Domina Theo-
 dora renovarat. Ubi de more exequiae eius per novem dies celebra-
 tae sunt.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Ι.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

Μονωδία ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ γηραιοῦ βασιλέως. Θάνατος τοῦ μεγάλου λογοθέτου, καὶ μονωδία ἐπὶ τῷ θανάτῳ αὐτοῦ. Γέννησις τοῦ βασιλέως Ἰωάννου. Περὶ τῆς κατὰ Βουλγάρων ἐκστρατείας τοῦ βασιλέως. Πόλεμος τοῦ βασιλέως μετὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου. Περὶ τῆς τοῦ Συργιάννου φυγῆς. Παραμυθητικὸς εἰς τὸν βασιλέα ἐπὶ τῷ θανάτῳ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ξένης τῆς δεσποίνης. Περὶ τῆς κατὰ Ῥωμαίων ἐκστρατείας τοῦ Συργιάννου καὶ τοῦ Κράλη. Περὶ τῆς κατὰ τοῦ Συργιάννου λαθραίας ἐπιβουλῆς καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Περὶ τῶν ἐκ τοῦ Πάππα ἐπιδημούντων τῇ βασιλευσίῳ ἐπισκόπων διαλέξεως ἕνεκα. Συμβουλευτικὸς τοῦ τὴν ἱστορίαν συγγράφοντος Γρηγοῦρα.

ARGUMENTUM BOIVINI.

Cralaena, defuncti filia, luctui praeest. Gregoras, ea hortante, ad canendam lamentationem prodit. Funeris lamentatio. Auditores ut ea oratione commoti sint. Principis mortui aetas. Forma. Mores. Eiusdem in summa inopia liberalitas duobus exemplis declarata. Aes alienum post eius mortem repertum. Annus mundi. Aetas nepotis (1). Metochites tribus malis afflictus. Habitum monasticum induit. Moritur. Gregoras lamentandi munus suscipit. Monodia, seu funeris lamentatio. Luctus cognatorum. Breve elogium Metochitae (2). Ioannes Palaeologus nascitur. Andronicus pater, ea re audita, laetus Didymotichum rediit. Vestem mutat. Ludos celebrat. Duo certamina; Iusta et Torneamentum; utrumque periculosum. Imperator utrique se immiscet, senioribus frustra reclamantibus. Ludorum missio (3). Imperator bellum infert Alexandro. Bulgarorum agros vastat. Castella aliqua recuperat. Alexander pacem per legatos petit. Non impetrat. Quot castella in monte Haemo ab Andronico seniore exstructa aut munita fuerint. Alexandri copiae et improvisus adventus. Romanae vires Bulgaricis impa-

res. *Acies utrinque instruuntur. Imperator suos hortatur ad pugnam. Cruentum praelium. Cantacuzenus et Protosebastus quantum virtute praestiterint. Equi mira constantia. Romani effuse fugiunt. In castellum proximum vi irrumpunt. Laborant omni parte. Praesidia Romana Miesembriae et alibi exterminantur. Cum Alexandro offenso nulla spes pacis componendae. Imperator consilii inops spem in Deo collocat, stimulante tamen conscientia. Alexander misericordia motus pacem ei ultro concedit. Benigna admonitione castigatum dimittit (4). Syrgiannes cur suspectus. Laesae maiestatis accusatur a Zamplacone. Non vincitur. Vades dare non potest. Fugit. Litteris ex Euboea datis veniam petit et locum, in quo cum suis consistat. Aula ei minus tuta. Iusurandum ab eo oblatum. Non impetrata venia ad Cralem transit. Ei gratissimus advenit. Magna pollicetur (5). Imperatoris mater Thessalonicae moritur. Oratio consolatoria, quam Gregoras apud Imperatorem habuit (6). Crales exercitum cogit. Syrgiannes populorum fidem promissis tentat; nec frustra. Imperatoris anxietas, metus, fiducia. Palatium munit. Patriarcham creat Ioannem Aprenum. Coniugem et liberos ei commendat. In Macedoniam sine exercitu profisciscitur. Romani omnes ei suspecti, praeter Cantacuzenum et paucos domesticos. Hostem dolo aggredi statuit, illustrium virorum exemplo. Sphrantzes, doli fabricator, fuga simulata ad hostem transit. In absentem saevitur. Syrgiannes ab amicis admonitus fraudem non sentit. Periurius periurio decipitur. Thessalonica contendit. Urbes interiectas occupat. Sphrantzes, Syrgianne deluso, nuncios mittit ad Imperatorem. Quid significaverit. Imperator, rebus paene desperatis, fugae subsidia sibi et Sphrantzi providet. Sphrantzes fingit, se urbis Thessalonicae moenia exploratum ire. Cum duobus famulis exit. Syrgiannes solus sequitur. Obtruncatur. Percussores in urbem se recipiunt. Crales pace facta discedit (7). Latini duo episcopi de Ecclesiarum concordia disputatum veniunt. Patriarcha suae et suorum facundiae diffusus Gregoram, quanquam laicum, advocandum censet. Hic primo silentium suadet. Deinde patriarcham et selectos episcopos privatim convenit. Orationem coram iis habet, qua sententiam suam fusius exponit. Assentiuntur cum alii, tum Dyrhachii episcopus. Quis vir et qualis. Constantinus Despota moritur (8).*

α'. * *Τῆ μέντοι δευτέρῃ τοῦ πένθους ἡμέρῃ προτραπεῖς ἔγωγε ὑπὸ τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως τῆς Κραλαίνης, ὅτε τοῦ πένθους προεξαρχούσης, ἤσαί τινα θοῆρον ἀπὸ γλώττης αὐτοσχεδίως προσήκοντα τῷ καιρῷ, ἐπὶ τῇ τοῦ πλήθους ἀθροίσει παρελθῶν ἔλεξα τοιάδε. (B.) „Τὸ μὲν τῆς συμφορᾶς μέγεθος, ὃ παρόντες, σιωπῆν ἡμῶς ἀναγκάζει καὶ ὥσπερ νενεκρωμένα φέρειν*

A. M.
6836
ad
6849
Imp. Andron.
Iunioris.
P. 286
V. 232

* Ultimum est caput libri IX. in cod. A. 4. προσελθῶν A. Tota haec Monodia abest a cod. A., in quo tamen indicatur his verbis, προσελθῶν ἔλεξα τοιάδε. Extat autem in cod. Colbertino 4950. ex quo varias lectiones infra annotatas excerptimus. BOIV.

1. Altero die luctus, cum me Imperatoris filia Craleaena (nam ea luctui praeerat) hortata esset, ut naeniam aliquam ex tempore canerem, in medium prodii et coetu frequente eiusmodi orationem habui. (II.) „Magnitudo quidem casus huius tacere nos cogit et quasi emortua circumferre lin-

- A. M. 6836
ad
6849
Imp. Andron.
Iunioris.
- καὶ γλῶτταν καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν, τῆς ζωτικῆς τοῦ ἡμετέρου ἡλίου ἀκτῖνος σβεσθείσης καὶ ὑπὸ γῆν καταδύσης. ἀλλ' ἡ θορυβοῦσα καὶ καταπλήττουσα τὴν οἰκουμένην μεγάλη τῆς λύπης βροντὴ μάλα ἄτοπον αὐθις ἐνταῦθα τὴν σιωπὴν ἀπελέγχει. ποῦ
- B** γὰρ εἰκὸς, οὐρανοὺς μὲν βοῶν ἄνωθεν τῶν θορήνων τὸ μέγεθος, ὅτι 5 τοὺς ἑαυτῶν ἔσβεσαν ὀφθαλμοὺς ἡλίον καὶ σελήνην, γῆν δὲ κάτωθεν ὡς ὁρᾶτε σειομένην καὶ θάλασσαν καταγιγίζουσαν ἐναργῶς
- C** ἀπαγγέλλειν, παγκόσμιον εἶναι τὴν τῆς συμφορᾶς αἴσθησιν, ἡμᾶς δὲ σιωπῇ τὴν τοσαύτην ἀνέχεσθαι φέρειν ζημίαν; ἀλλ', ὃ γῆς ἡλιε, ποῦ γῆς ἔδυσ, καταλιπὼν ἡμᾶς τῷ παγετῷ νεκροῦσθαι τῶν 10 συμφορῶν; ὃ κοινῇ τῶν Ῥωμαίων ψυχῇ, ποῖ ποτε ἤρθης; φεῦ τῆς δρεπάνης τοῦ χρόνου, οἶαν τῆς οἰκουμένης ἀπηνῶς ἔξεθέρισε κεφαλὴν, οἶον τῶν πόλεων ἐξώρυσεν ὀφθαλμόν; ὃ τίς τῶν κοινῶν πραγμάτων ἔσβεσε τὴν μεγάλην λαμπάδα; ὃ τίς τὸν τοῦ
- D** καλοῦ παντὸς εὐεργέτην ἐξαίφνης ἡμᾶς ἀπεστέρησεν; ἐκεῖνος ἦν 15 ὁ τῆς βασιλικῆς εὐταξίας θεμέλιος· ἀλλὰ νῦν κεῖται βραχεῖ καλυπτόμενος λίθῳ. ὃ οἶαν πικρίας ἀνέφλεξε κάμινον ταῖς ἀπάντων καρδίαις. ἐκεῖνος ἦν ὁ νύκτας ὅλας ἐρηγορῶς τε καὶ ἄγρυπνος διαμένων, ὡς μὴ τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων κλαπῇ τὸ συμφέρον· ἀλλὰ νῦν ἐν τάφῳ τὸν μακρὸν ὕπνον ὑπνώττει. ἐκεῖ- 20
- P. 287** νος ἦν ἡ εὐστροφος καὶ μέλιτος γέμουσα γλῶσσα, τὸ πάσης καὶ παντοίας φρονήσεως ὄργανον· ἀλλὰ κεῖται νῦν τὴν μακρὸν σιωπὴν σιωπῶν. ὃ δεινῆς ἀγγελίας, ἡ ταχέως διερχομένη γῆν ὁμοίως
20. ὕπνωσεν ὕπνον **C.** 23. ἡ πᾶσαν ὀξείως διερχομένη γῆν τε καὶ θάλατταν **C.**

guam, aures, cogitationem, vitali solis nostri radio-extincto et terra oppresso. Magnum autem illud perturbans et percellens orbem terrarum moeroris tonitru silentium hoc loco magnae absurditatis arguit. Qui enim convenit, cum caeli superne magnitudinem luctus proclamant, cum sua lumina solem et lunam extinxerint, terra vero inferne (ut videtis) quatiatur, et mare fluctibus inhorruerit, ac evidenter haec omnia nunciarint, huius calamitatis sensum ad universum mundum pertinere, nos tantam iacturam silentio dissimulare? At tu, o terrae sol, in qua terra occidisti, relictis nobis, ut glacie calamitatum exanimemur? O communis Romanorum anima, quo tandem ablata es? Heu falcem temporis, quale orbis terrarum caput crudeliter demessuit? qualem urbium oculum effodit? O quis Reipublicae magnam facem extinxit? O quis viro de omni pulchra et honesta arte bene merito subito nos spoliavit? Ille Imperatoriae disciplinae fundamentum fuit; nunc vero exiguo saxo contactus iacet. Heu qualem cordibus omnium acerbitatis caminum incendit? Ille fuit, qui totas noctes pervigil excubaret, ne quid Respublica Romana caperet detrimenti; nunc vero in sepulchro longum illum somnum dormit. Ille fuit arguta et plena mellis lingua, illud omnis prudentiae instrumentum; nunc autem iacet diuturno illo silentio oppressus. Heu dirum nuncium, qui celeriter terras simul et maria perambulans omnium

καὶ θάλασσαν τὰς ὑπάντων πλήττει ψυχὰς ξίφους παντὸς χαλε-
 πώτερον. ἐκεῖνος ἦν τὸ μέγα τῆς οἰκουμένης κλέος καὶ τὸ τῆς
 παιδείσεως κράτιστον ἀρχέτυπον· ἀλλὰ νῦν βραχεῖα κόμισ τοῦ
 ἐκείνου καταχορεύει σώματος. ἐκεῖνος ἦν τὸ γλυκὺ τῶν ἐν γῆ

A. C.
1328
ad
1341

Imp. Andron.
Iunioris.

5 γλωσσῶν ἀπασῶν διήγημά τε καὶ περιάλλημα· ἀλλὰ νῦν ὁ πικρὸς B
 ἐκείνου κατετυράνησε θάνατος. ἀλλ' ὡ πόθεν ἔξαιρνης ἡμῖν τὸ V. 233

τοσοῦτον ἀνεθρόγη τῶν συμφορῶν πέλαγος, θαλάσσης ἀπάσης
 ὑπάρχον πικρότερον; πόθεν ἡμῖν ἐπιόντες οἱ τοσοῦτοι τῶν δει-
 νῶν χειμῶνες καὶ κλύδωνες τοὺς ἡμῶν ἐτάραξαν λογισμοὺς καὶ

10 πρὸς τὴν τῶν ἀναισθητῶν φύσιν ἐπείγεσθαι συνωθοῦσι; τίς ὁ
 τοσοῦτος κλόνος καὶ βρασμὸς τῶν ἀνθρώπων; μὴ κεραυνῶν ἔξαι-
 σίων οὐρανόθεν πολλῶν ὁμοῦ συρροαγόντων πληγῇ τις ἐνέσκηψε C

τοῖς ἀνθρώποις ἀφόρητος καὶ τοὺς μὲν εἰς γῆν κατήνεγκε, τοὺς
 δ' ἡμιθνήτας κατέλιπε φέρεσθαι; ἦν ἄρα καὶ καθ' ἡμῶν, ὡς

15 ἔοικε, τῶν δυστήνων πληγῇ ταμειομένη τῷ χρόνῳ, πολλῶν κε-
 ραυνῶν αἰθερίων ἀντάξις, τὴν τοῦ βασιλέως φημί συμφορὰν.

νῦν ἔδει πάντας ἀνθρώπους, βροντῆς μεγάλης ἀνειληφότας ἐν-
 ταῦθα φωνὴν, συμφωνίαν τινὰ πεποιηκῆναι παγκόσμιον καὶ κοινὸν
 ἀνεγείραι μέγιστον θρήνον, ἵν' ἀρκοῦσαν τὴν ἐνδείξιν οὕτω τὸ

20 πάθος ἴσως προσλάβῃ. νῦν ἔδει τοὺς μεγέθει καὶ κάλλει διαπρε- D
 πεῖς τῶν ἀστέρων ἐφ' ἐν συνδραμόντας διαγράψαι καὶ ἀσφαλέ-

στατα ἐγχαράξαι τῶν τοῦ βασιλέως ἡμῶν γνωρισμάτων τὰ κάλ-
 λιστα, ἵν' ὡσπερ τὴν τοῦ θεοῦ διηγοῦνται δόξαν οἱ οὐρανοὶ,
 οὕτω καὶ τὸ τούτου διατρανοῦντες εἶεν μνημόσυνον ἐν πᾶσι τοῖς

1. καρδίας C. 5. ἀπασῶν add. C.

animos quovis ense gravius sauciat. Ille fuit magna illa orbis terrarum gloria et eruditionis praestantissimum exemplar; nunc autem pulvis exiguus illius corpori insultat. Ille fuit suavis illa omnium linguarum narratio et commemoratio; nunc autem acerba illum mors violenter oppressit. At o, unde subito nobis tantum erupit calamitatum pelagus, mari quovis amarius? Unde tantae malorum tempestates et fluctus excitati animos nostros perturbarunt ac stupore perculerunt? Quis tantus tumultus et fremitus hominum? Numquid horribilium fulminum, e caelo multorum simul erumpentium, ictus aliquis percussit homines intolerabilis, atque alios humi prostravit, alios semianimes oberrantes reliquit? Fuit, proh dolor, et contra nos miseros plaga in hoc tempus reservata, multis fulminibus aetheriis gravior, Imperatoris inquam obitus. Nunc oportebat omnes homines, magni tonitrus vocem mutuos, symphoniam quandam toto orbe resonantem et publicum luctum maximum instituere, ut calamitas, ita uti decet, declararetur. Nunc oportebat magnitudine et pulchritudine praestantes stellas uno in loco congressas depingere et firmissime exsculpere Imperatoris nostri pulcherrima insignia: ut quemadmodum Dei gloriam enarrant caeli, ita et huius decora explicantes

- A. M. 6836
ad
6849
Imp. Andron.
Iunioris.
- αὐτῶν ἐξελιγμοῖς ἀεὶ καὶ περιφανέστατον αὐτοκρατορίας ἀρχέτυ-
πον τοῦτον προβάλλοιντο τοῖς ἐξῆς. ἐκεῖνος γὰρ ἦν ἡ τῆς βασι-
λείας εὐθύτης καὶ στάθμη· ἐκεῖνος ἦν ἡ τῆς ἱερωσύνης αἰδῶς
καὶ σεμνότης καὶ ὁ τῆς ἐκκλησίας φαιδρότατος λόγος· ἀλλὰ
Ἐνῦν τῷ τοῦ τάφου μοδίῳ συγκρούπτεται. ἐκεῖνος ἦν ὁ καθάπερ 5
ὀλκάδα μεγάλην σαλευομένην τὴν ἐκκλησίαν στηρίζας καὶ τοὺς
ταύτης εἰς γαλήνην τρέψας χειμῶνας καὶ ἀεὶ τῶν ταύτης δογμα-
των ἰστάμενος πύργος ἀκλόνητος· ἀλλὰ νῦν ἐς ἕδον πυθμένους
φεῦ κατενέγκται. ἐκεῖνος ἦν ὁ τοῦ ἡθους κανὼν, ἡ τοῦ ἀνθρω-
F πίνου εἶδος εὐκοσμία· οὗ καὶ ἡ σιωπὴ πολλῶ βελτίων ὑπῆρχε 10
τῶν ἄλλων λαλούντων παραίνεσις. ἡ γὰρ τοι φύσις εὐθὺς βασι-
λικὸν τε καὶ μεγαλοπρεπείας μεστὸν τὸ εἶδος ἀρχῆθεν ἐνήρμοσε,
κάλλει τε καὶ ἐμβριθεῖα τῇ προσηκούσῃ ταύτην κεράσασα καὶ
οἰοεῖ τινα στήλην κατεσκευασκυῖα αἰδοῦς καὶ σεμνότητος· οἷς
ἅπασιν ἐπέπερέ τε καὶ ἐπεκόσμη τό, τε ἰλαρὸν καὶ τὸ εὐμενές, 15
ὄλον χαρίτων γέμον καὶ, ἴν' εἶπω, ὄλον μεστὸν ἀνθρώπων ἡρινῶν·
P. 288 ἀλλὰ νῦν κόλποι γῆς σὺν ἀκοσμία πικρῶς ἐμερίσαντο. ἀλλ' ὦ
τῆς ἀδίκου ταύτης τῶν συμφορῶν τυραννίδος· ὦ βαθείας νυ-
κτὸς, ἡ τοὺς ἡμῶν ὀφθαλμοὺς συσκιάζουσα ὅπη πλανώμεθα
βλέπειν οὐ συγχωρεῖ. ὦ πόθεν οἱ τοσοῦτοι καταβρυγέστες τῶν 20
δεινῶν ἀπαρκτεῖαι καὶ νότοι, καθάπερ ἐξ ὀρητηρίου κοινοῦ, τὰς
ἡμῶν δυσμενῶς συγκυκῶσι ψυχὰς καὶ ῥιζόθεν ἐπέγονται ἀνυσπῆν.
ὦ τίς τῶν τοσοῦτων καλῶν τὸν λειμῶνα τὸν εὐανθῆ λάθρα καὶ
νυκτὸς ἐπελθὼν ἐξέτεμε; τίς τὸν πάσης ψυχῆς ναυαγούσης λιμένα
B κατέχωσεν; ὦ πόσοι κλαυθμοὶ καὶ στεναγμοὶ καὶ κραυγαὶ πρὸς 25
αἰθέρα σήμερον ἐκ τῆς γῆς ἀνατρέχουσι, καθάπερ καπνὸς ἐκ

in omnibus suis revolutionibus posteris semper illustrissimum Imperatoriae maiestatis exemplar proponerent. Ille enim fuit Imperii norma et amussis. Ille fuit sacerdotii reverentia et dignitas et splendidissima Ecclesiae lucerna; nunc vero sub modio tegitur. Ille fuit, qui Ecclesiam velut in magna tempestate fluctuantem firmaret, et tempestatem serenitate commutaret, et velut immota turris dogmatum eius consisteret; sed nunc, heu dolor, humi concidit. Ille fuit regula morum et humanae formae ornatus; cuius etiam silentium utilior erat admonitio, quam aliorum verbosae praeceptiones. Natura enim a primo ortu regia et plena dignitatis eum forma ornat, gravitate et pulchritudine temperata et veluti statua proposita pudoris et maiestatis, quae omnia hilaritas et placabilitas gratiarum plena et venustatis adornabat; nunc autem haec omnia telluris recessus sibi vindicarunt. O iniquam calamitatum tyrannidem! O profundam noctem, quae nostros obtexit oculos, nec quo eamus videre sinit! O quae ventorum procellae, velut ex uno antro erumpentes, animos nostros hostiliter perturbant et radicibus evellere conantur! O quis tot bonorum paradisum noctu vastavit! O quot lamentationes, suspiria, eiulatus e terris in caelos, veluti fumus e magno cordis incendio, tendunt! O quot sunt

μεγάλου πυρὸς τῆς καρδίας ἐκάστων ἀναρῶν γινόμενοι; ὦ πόσοι
 τὰς τοῦ Νείλου πηγὰς προθυμοῦνται ζητεῖν εἰς δακρῶν φορὰν,
 ὡς ἂν οὕτως πως δυνηθεῖεν ἔξισῶσαι τοὺς θρήνους τῷ κατα-
 σχόντι τὴν οἰκουμένην πάθει; ὦ τὰ πολυειδῆ τῶν ἀπάντων ὀνό-
 5 ματα κτησάμενος μόνος αὐτὸς, βασιλεῦ. οἱ μὲν γὰρ σε πατέρα C
 καλοῦσι κοινόν· οἱ δὲ κηδεμόνα τε καὶ προστάτην καὶ ὁραφίας
 ἐπίκουρον· οἱ δὲ λιμένα σωτήριον καὶ στεῖρόν προμηθεῖα· οἱ δὲ
 γυμναστήν τινα καὶ διδάσκαλον πάσης ἰδέας καλοῦ καὶ παγκό-
 10 σμιον δικαστήν τῶν ἐν κόσμῳ παντοίων πραγμάτων. σκόληξ τὴν
 φύσιν τῶν ξύλων πολλάκις διέφθειρεν· ἡμῶν δὲ φθείρει νῦν τὰς
 καρδίας πικρότερον ὁ τοῦ βασιλέως ἔμμονος λογισμός. τὰς ἀμπέ-
 λους καὶ τὰ λήϊα πολλάκις ἐλυμήναντο χάλαζαι καὶ ἀνθρακες οὐ- V. 234
 ρανίου πυρὸς· ἡμᾶς δὲ πλέον ἢ τοῦ βασιλέως ἐλυμήναντο στέρη-D
 σις. κῆπος ἐκεῖνος ἦν παντοίοις βροίθων καρποῖς καὶ ὡσπερ ἔαρος
 15 ὥραν ἄγων αἰεὶ· ἀλλὰ νῦν αὐτὸν ἐμάραναν, φεῦ τοῦ πάθους,
 αἱ τοῦ θανάτου φλόγες, ὦ πολλῶν πόλεων οἰκιστὰ, κατὰ τε
 Ἀσίαν φημί καὶ Εὐρώπην· οὐκ ὀκνήσω δ' εἰπεῖν καὶ ταυτησί
 τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, ἣν πάλαι μὲν Κωνσταντῖνος ὁ μέγας
 ἐκεῖνος καὶ σοὶ γε ὁμότροπος ἔστησε, σὺ δ' ἐπὶ γόνυ κλιθεῖσαν
 20 ἀνώρθωσας. πᾶσα μὲν γὰρ ἢ τῆς προτέρας ἐκείνης οἰκοδομῆς E
 καλλονὴ καὶ τεργνότης δουλείας ἀλλαξαμένη ζυγὸν ἐτεθνήκει καὶ
 ἀπερῶν· καὶ γενέσθαι τὸν βασιλικὸν ἔξεγένετο θρόνον Λατί-
 νων ληστῶν καταγώγιον καὶ βεβήλων ἔστιαν. ἀλλὰ δεύτερος αὐ-
 τὸς καταστάς οἰκιστῆς, βασιλεῦ, ἐκ μέσου πεποίηκας τά τε τῆς
 19. κλιθεῖσαν] πεσοῦσαν C. 20. οἰκοδομίας C. 24. μὲν ἐποι-
 ῆσω C.

qui ipsos Nili fontes ad fundendas lacrymas exoptant, ut fletum magnitudi-
 dini casus, quo terrarum orbis oppressus est, aequare possent! O qui va-
 rios omnium titulos solus meruisti, Imperator! Nam alii communem te pa-
 rentem vocant; alii curatorem et patronum et orbitatis adiutorem; alii por-
 tum salutarem, et fortem providumque; alii praeceptorem et magistrum
 omnis boni, et toti mundo communem omnis generis negotiorum arbitrum
 et iudicem. Vermis saepe lignorum naturam erodit; nostra vero corda nunc
 acerbius laedit perpetua Imperatoris cogitatio. Vitibus et segetibus saepe
 nocuerunt grandines et caelestis ignis ardores; nobis Imperator ademptus
 plus nocuit. Hortus ille fuit omnis generis fructibus refertus et perpetuo ver-
 nans; sed nunc aestu mortis emarcuit. O multarum urbium in Europa et
 Asia conditor: non autem dubitabo dicere, etiam huius Imperatricis urbis,
 quam olim Constantinus Magnus et moribus tibi similis condidit, tu vero
 in genua prolapsam erexisti. Omnis enim pristinae illius structurae elegan-
 tia et ornatus, in servitutis iugum commutatus, obierat atque conciderat;
 eoque res redierat, ut regium tuum solum Latinorum praedonum esset di-
 versorium et profanorum hominum domicilium. Sed tu alter illius conditor
 extitisti. Ecclesiae et dogmatum crimina sustulisti, eamque ruinam mini-

- A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Juniois. ἐκκλησίας εὐθύς καὶ τῶν δογμάτων ἐγκλήματα καὶ φερομένην ἐστήριξας ταύτην ἐς ἅπαν τὸ κράτιστον· τείχεσι δὲ καὶ τοῖς καὶ οἰκίαις ἐς τὸ πρὶν ἀνήνεγκας κάλλος αὐτήν. ὦ τοῦ μεγάλου τοῦδε καὶ ἱεροῦ χρέους, ὃ πάντες οἱ ἐφεξῆς σοι ὀφείλουσιν εὐσεβεῖς, καθάπερ εὐεργέτη κοινῷ καὶ ἀρχηγῷ τῆς ὀρθῆς ἡμῶν πίστεως. ὦ πῶς ὁ τοῦ παντὸς ἄξιος ὡς ἄνθος παρήλθες ἀγροῦ; ὦ πῶς ἐπὶ σοὶ καὶ τὰ στοιχεῖα θρηνοῦσι, βασιλεῦ, καὶ δέος μὴ ἡμῶς κατακλύσωσιν; ὦ πῶς ἐπὶ τῷ σῷ πάθει καὶ τείχη πίπτουσι πόλεων καὶ κίονες ἐκρίζονται πάλαι πολὺν ἤδη τὸν χρόνον βεβαίως ἰστάμενοι; ἀλλὰ δότε μοι τὴν τὸν μέγαν ἡμῶν θησαυρὸν 10
- P. 289 κατέχουσιν κιβωτὸν, ἵνα θεάσωμαι, πῶς ὑπερπλέειν τὰ πολλὰ τῶν δακρύων δύναται ῥεύματα. ἀρκέσουσι γὰρ οἶμαι ταύτην ἀνεχεῖν ἢ πάντες ἄνθρωποι νῦν κρουνηδὸν προχέουσι δάκρυα, καθάπερ τὴν τοῦ Νῶε κιβωτὸν τῶν ὑδάτων ἐκεῖνα τὰ πλούσια ῥεύματα. ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἐκ τῶν κατακλυσμῶν οὐς ἔφερον, ἔσωζεν· 15 αὕτη δὲ τοῦναντίον εἰς μυρίων κατακλυσμῶν ἡμῶς συνήλασε κλύδωνας. ὦ φοβικτοῦ συναντήματος· ὦ ξένης ἐσπέρας ἐκείνης, ἣ Βτάναντία μοι τῆς Δαβιδικῆς ἔδειξεν ὠδῆς. „τὸ ἐσπέρας γὰρ μοι ἠύλισατο ἀγαλλίασις καὶ εἰς τὸ πρῶτ' κλαυθμὸς.” βαβαὶ τῆς ἐναλλαγῆς ταυτησὶ τῆς ἀτόπου, ἣ μοι παντὸς ἀψινθίου πικρότερον ἐκέρασε τὸν κρατῆρα. ὦ νυκτὸς ἐκείνης ἀσυμπαθοῦς, πῶς ἐς τὸν σφόδρα συμπαθῆ καὶ φιλόανθρωπον ἐκείνον ἄνθρωπον

1. εὐθύς add. C. 2. δ' αὖ καινοῖς καὶ οἰκ. C. 3. ὦ τοῦ μεγάλου — ἀγροῦ add. C. 7. βασιλεῦ add. C. 18. Δαυιτικῆς C. 19. ἠύλισατο W.

tantem probe constabilisti: moenibus, templis, aedibus pristinam eius pulchritudinem renovasti. O magnum et sacrum debitum, quo universos fideles, quotquot deinde extituri sunt, tibi obstrictos habes; tibi, inquam, de omnibus bene merito, et verae fidei nostrae summo assertori! Heu! quomodo, cui par nihil dici potest, ut flos agri praeteristi? En ipsa elementa te lugent, ac periculum est, ne nos obruant. En ob tuum obitum etiam urbium moenia concidunt, et columnae evertuntur, quae multis saeculis firmas steterunt. Sed date mihi eam arcam, quae continet magnum nostrum thesaurum, ut videam, quomodo lacrymarum rivis innatare queat. Quas enim mortales omnes ubertim profundunt lacrymas, facile illam, ut arcam Noae aquarum illa abundantia, sustinebunt. Enimvero illa eos quos vehebat e diluvio eripiebat; haec contra nos in mille diluviorum tempestates coniecit. O horrendum casum, o insolitam vesperam illam, quae contrarium mihi Davidici illius carminis ostendit: „nam ad vesperum,” inquit ille, „mihi demorata est laetitia et ad matutinum fletus.” Papae, qualis haec est et quam absurda inversio, quae mihi quovis absinthio amariorem craterem temperavit? O noctem illam inclementem, ut in clementissimum et humanissi-

δυσμενῆς καὶ ἀφιλόνητος ἔδοξε, πᾶσαν εὐνοίαν καὶ αἰδῶ A. C.
 κατόπιν ὡσπερ ἐς ἀβύσσους καὶ ῥεύματα ποταμῶν ἀπορρίψασα; 1328
 ὃ μέγιστε θησαυρὸς τῶν καλῶν, βασιλεῦ, ἵνα τί τοὺς ποθοῦντας 1341
 ὡς μισοῦντας κατέλιπες; πάντες γὰρ ὡς ἐκ κοινοῦ προταναίου Imp. Andron.
 5 τῶν σῶν ἀπολελαύκασιν ἀγαθῶν. διὰ σοῦ γὰρ καὶ οἱ εὐγενεῖς εὐ- C
 γενέστεροι καθεστήκασιν καὶ ὁ τῶν ἱερέων δῆμος σεμνότερος καὶ
 ὁ τῶν σοφῶν κατάλογος σοφώτερος καὶ τὰ τεῖχη τῶν πόλεων
 ἰσχυρότερα καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν ἅπαντες διὰ σοῦ βελτίους γεγόναμεν
 ἑαυτῶν. ἀλλ' ὃ τῆς ἀμετρήτου καὶ ἀνεικάστου πλοκῆς τῶν δει- D
 10 νῶν. οἴχεται ἡ τοῦ κόσμου πολιτεία· οἴχεται ὁ τῶν πόλεων κό-
 σμος· οἴχεται τὸ τῶν ῥητόρων καὶ φιλοσόφων γυμνάσιον τὸ πᾶσαν
 ὑπερβαῖνον Ἀκαδημία καὶ Λύκειον καὶ Στοὴν Ἀττικὴν. ὃ τίς
 δώσει ταῖς ἡμῶν κεφαλαῖς ὕδωρ καὶ πηγὰς δακρύων τοῖς ἡμῶν
 ὀφθαλμοῖς, ἵνα τὰ μείζω τῶν τῆς Ἱερουσαλήμ νέα θρηγήσωμεν
 15 πάθη. δότε μοι τὴν Ὀρφείως ἐν τραγωδίαις δύναμιν, ἵνα καὶ
 τὰς ἀψύχους φύσεις κινήσω πρὸς οἶκτον τοῦ πάθους. δότε μοι E
 τοὺς ἐν ποταμοῖς Βαβυλῶνος ἐκ βάθους καρδίας πάλαι θρηγή-
 σαντας τὴν Σιών, ἵνα καὶ τὰς ἡμετέρας ὀδύνας ἀξίως ἐκείνοι V. 235
 πενήθωσιν, ὡς ὁ τοῦ βασιλέως ἡμῶν ἐπήνεγκε θάνατος. ὃ πῶς
 20 παρέβλεψεν ἡμᾶς ὁ ἡμέτερος ἥλιος καὶ παρὰ πᾶν τὸ εἰκὸς ἀπε-
 πλάνησε καὶ ἀντὶ τῆς ἐφῆας ἀνατολῆς ἐφῆαν τὴν δύσιν πεποιήται.
 ὃ ἵνα τί δέδοται τοῖς ἐν πικρίᾳ φῶς, ζωὴ δὲ ταῖς ἐν ὀδύναις
 ψυχαῖς; θανεῖν αἰρετώτερον, ἢ διηνεκῶς ἄρτον ὀδύνης ἐσθίειν F
 καὶ πόμα πίνειν κλαυθμοῦ. ἀλλ' ἐκείνον μὲν, ὃ παρόντες, ἀμει-

5. ἀγαθ.] θησαυρῶν C. 12. πᾶσαν Ἀττικὴν C.

mum infesta et inhumana fuit, omni benevolentia et verecundia repudiata?
 O maxime bonorum thesaure Imperator, cur nos te desiderantes ut asper-
 nantes deseruisti? Omnibus enim tua bona, ut horrea publica, patuerunt.
 Per te enim et nobiles nobiliores facti sunt, et coetus sacerdotum venera-
 bilior, et collegium sapientum sapientius, et urbium moenia firmiora. De-
 nique omnes te moderatore ipsi nos ipsos superavimus. At o immensam
 et inexplicabilem malorum implexionem! Interit mundi regimen, interit ur-
 bium ornatus, interit rhetorum et philosophorum gymnasium, quod omnem
 Academiam, omne Lyceum vincit, omnem Stoam Atticam. O quis dabit
 capitibus nostris aquam et fontes lacrymarum oculis nostris, ut nova mala
 Hierosolymitanis graviora deploremus? Date mihi Orphei in tragicis lamen-
 tationibus facultatem, ut inanimes etiam naturas ad mali commiserationem
 moveam. Date mihi eos, qui ad flumina Babylonis olim Sionem ex animo
 deplorarunt, ut nostros etiam dolores illi pro dignitate luceant, quos no-
 bis Imperatoris obitus attulit. Heu, ut noster sol nos despexit, et praeter
 omnem expectationem decepit, et pro matutino ortu matutinum occasum su-
 biit! O cur iis, qui in acerbitate sunt, datur lumen; et iis vita, qui do-
 loribus conflictantur? Mori optabilius est, quam continenter panem doloris
 edere et calicem luctus potare. Nam illum quidem divinum et immortale

- A. M. βομένη δικαίως ἢ θεία καὶ ἀκήρατος διεδέξατο βασιλεία· ἡμεῖς
 6836 δ' ὄργανοὶ καταλειμμένοι τὸ μὲν στένειν ἐλεινῶς καὶ δακρῦειν
 ad οὐδέποτε ἂν οἶμαι πανσαίμεθα, ἕως ἂν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν
 6849 τὴν τῆς ἐκείνου στερήσεως περιφέρωμεν μνήμην· πάεσθαι δ'
 Imp. Andron- ἀνάγκη τοῦ λέγειν. πάντα γὰρ λόγον οἱ τοῦ βασιλέως ὑπερβαί-5
 Junioris. νουσι θροῆνοι." (Γ.) Ταῦτα διεξιόντος μου θροῆνος ὁμοῦ παρὰ
 P. 290 πάντων καὶ ὄλοφρυμὸς ἠγείρετο μέγιστος καὶ πολυειδῆς καὶ, ὅσον
 εἰπεῖν, ἄχρις αἰθερίων ἀψίδων φθάνειν δυνάμενος. πάντες γὰρ
 ὡς πατέρα τοῦτον ἐπόθουν τε καὶ ἐπένθουν. ὁ γὰρ μακρὸς χρό-
 νος κόρον μὲν ἴσως, ὡς ἂν τις φαίη, ποιεῖ παρόντος τοῦ πρά-10
 γματος· πολλὴν δ' ὁμως ἐνήσι καὶ τὴν σχέσιν ταῖς τῶν χρω-
 μένων ψυχαῖς, ὡς καὶ ἀπιόντος τοῦ πράγματος μὴ συναπαίρειν
 Βτὴν μνήμην, ἀλλὰ παραμένειν ἐπὶ πολὺ ταῖς τῶν λειπομένων
 ἀνθοῦσαν ψυχαῖς, ὡσπερ ἐν ἡριῇ καταστάσει, τῆς τέως δυσμε-
 νοῦς κηλίδος φύσιν ἐχούσης διαδιδρούσκειν ὡς τὰ πολλά. (Δ.) Τέ-15
 τартон μὲν δὴ καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος ἀπὸ γενέσεως αὐτῷ τελευ-
 τῶντι ἠνύετο, πεντηκοστὸν δ' ἀφ' οὗ τὰ σκῆπτρα τῆς αὐτοκρα-
 τορίας ἐδέξατο. ἦν δὲ τὴν ἡλικίαν εὐμήκης, τὸ εἶδος εὐπρεπῆς
 καὶ λίαν αἰδέσιμος καὶ ὡσπερ ἐκ φύσεως ἔχων τὸ ἡγεμονικόν τε
 Cκαὶ φοβερόν· οὐκ ἄκρατόν γε μὴν, ἀλλ' ὡσπερ τῷ ἀέρι κιννά-20
 μενον τὸ τῆς ἡλιακῆς ἀκτίνος φῶς χροῶμα γίνεται τούτῳ καὶ
 ὡσπερ μέλιτι γλυκύτης αὐτοφυῆς γίνεται ποιότης· οὕτω δὴ καὶ
 πραότης ἀποιήτος μετὰ τινος θελγούσης χάριτος τοῖς ἡθεσιν αὐ-
 τοῦ κιννωμένη χροῶμά τε ἅμα καὶ αὐτοχάλκευτος αὐτῷ ποιότης
 5. ἐπεὶ πάντα λόγον C. 6. Verba ταῦτα — ὡς τὰ πολλά om. A.
 20. τῷ] τὸ W. 21. τοῦτο W.

regnum iusta remuneratione excepit; nos vero pupilli relictī suspirare miserabiliter et lacrymare nunquam desinemus, dum illius adepti memoriam in animis nostris circumferemus. Necesse autem est orationis finem facere. Omnem enim orationem lamentationes de Imperatoris morte excedunt." (III.) Haec cum ego recitassem, fletus simul omnium et lamentatio maxima et varia est exorta, quae paene dixerim ad caelos penetrare potuisset. Omnes quippe eum ut patrem et requirebant et lugebant. Temporis enim diuturnitas rei praesentis fortasse fastidium parit: magnam tamen familiarium animis affectionem imprimit, qua fit, ut ipsa re sublata non evanescat simul rei memoria, sed quam diutissime maneat, ac velut quodam vere restituta floreat in animis eorum, qui superstites vivunt, veterum inimicitiarum macula facile plerumque exolescente. (IV.) Annum aetatis moriens implebat quartum et septuagesimum; ex quo vero Imperium susceperat, quinquagesimum. Procera statura fuit, decora facie et perquam venerabili; ab ipso ortu principale aliquid et formidabile prae se ferens; non tamen hoc merum et integram, sed ut aëri mistum solaris radii lumen fit ei color, et ut melli dulcedo qualitas nativa accedit, ita etiam clementia non ficta cum blando quodam gratiae lepore moribus eius temperata color ipsius et

ἐφαίνετο. πολλὴν μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ προσώπου τὴν εὐφροσύνην ἢ
 φύσις ἐκένωσε, πολλὴν δ' ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν γαλήνην,
 λαμπρὰν δ' ἐπὶ τῇ γλώττῃ τὴν τῆς ἠχοῦς ἁρμονίαν. τῷ δὲ ἦθει
 παντὶ τὸ ἰλαρὸν καὶ σεμνὸν ἐφαπλώσασα τερπνόν τι καὶ ἔνθεον
 5 παρεσκευάζεν ἐπιπρέπειν. ἅ πάντα μάλα σαφεῖς τῶν σιωπώντων D
 ἡθῶν τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἐγίνοντο ἄγγελοι. (E.) Ἴνα γὰρ τοὺς
 τρόπους τῆς γνώμης, ὁποῖος ἐκεῖνος, παραστήσω, ἐνὸς ἢ καὶ
 δυοῖν τῶν ἐκείνου μνησθῆσομαι. μικρὸν πρὸ τῆς τελευτῆς ἐν πε-
 νίᾳ καὶ τῇ τῶν ἀναγκαίων ἐνδείᾳ διόγων ἐπεὶ μὴ ἐδύνατο καθά-
 10 παῖς τὴν τοῦ ψύχους φέρειν ἀκμὴν (χειμῶνος γὰρ τηρικαῦτα τὸ E
 ἀκμαιότατον ἦν), σκέπην ἐπέταξεν αὐτῷ γενέσθαι νυκτερινὴν ἐξ
 ἀλωπεκῆς. πάσης οὖν τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἀριθμηθείσης τριῶν
 νομισμάτων οὐχ εὔρηται πλέον οὐδέν. ὅθεν τούτων μόνων ἐξ
 ἀνάγκης ὄνιον γενέσθαι, ὃ τῆς ψυχρότητος μεμελέτηται παρα-
 15 μύθιον. μετεώρου δὴ τῆς μελέτης οὔσης, προσελθὼν τις τῶν
 πάλαι οἰκειακῶν τὸν τῆς ἐνούσης πενίας ἐξετραγώδει κίνδυνον
 βιαίως ἐπιτιθέμενον καὶ πρὸς θάνατον ὀλοσχερῶς συνωθοῦντα. F
 τούτῳ καμφθεὶς ἐδεδώκει τὰ τρία ἐκεῖνα νομίσματα, συμφορῶν
 ἄλλοτριῶν τὸν ἑαυτοῦ προελόμενος θάνατον, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτόν.
 20 Ἐν μὲν δὴ τοῦτο τῆς αὐτοῦ συμπαθοῦς γνώμης τεκμήριον. δεύ-
 τερον δέ· ἐπεὶ γὰρ ἰατρῶν μὲν παῖδες αὐτῷ τὴν πολυήμερον ψυ-
 χροποσίαν ἀπηγόρευον, ὃ δ' οὐ προσίετο τὴν οἶνοποσίαν, μέσην
 βαδίσας νομίσματος ἐνὸς μόλις ἐκ δανείου κάκεινον παρευρεθέν-
 25 τος ὄνιον ἔσχε μέρος τι τῶν ἐξ Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας κομιζο- P. 291

A. C.
1328
ad
1341
Imp. Andron.
Iunioris.

inaffectata qualitas videbatur. Multum enim hilaritatis natura vultui eius indiderat, multum oculis serenitatis; linguae autem claram et canoram vocem: in omni denique eius habitu ac gestu hilaritatem et gravitatem sic explicuerat, ut amoenum quiddam ac divinum in eo emineret. Quae universa tacitos eius mores et animum nunciabant. (V.) Ut autem ingenium eius etiam declarem, unius atque alterius eius facti mentionem faciam. Paulo ante obitum, cum paupertate et rerum necessariorum inopia urgeretur et hiemis vim ferre non posset (nam hiems tum maxime saeviebat), vulpinam sibi nocturnam vestem fieri iussit. Omni autem eius opulentia perquisita tribus nummis non plus est repertum. Tanti itaque necesse fuit emi vestem, quae ei in frigidibus solamen paratum esset. Id vero consilium cum adhuc ageretur, quidam e veteribus eius familiaribus praesentem paupertatem deplorabat, quae ita atrox sibi incumberet, ut iam in aperto mortis periculo versaretur. Ei adductus misericordia tres illos nummos dedit; mori praeoptans, quod in se esset, quam alienarum calamitatum spectator esse. Unum igitur hoc eius benignitatis signum esto. Alterum illud. Cum ei frigidae aquae potu diuturno medici interdicerent, atque ipse vini potationem repudiasset; mediam ingressus viam vix uno aureo, eoque mutuaticio, aliquid sibi dulcium liquorum emit, qui ex Aegypto et Arabia advehuntur, ut

- A. M. 6836
ad
6849
Imp. Andron.
Iunioris.
V. 236 μένων γλυκέων ὑγρῶν, ἵνα γε τούτῳ κουφίξῃ τὸ τῆς ψυχροποσίας ἄκρατον. ἀλλὰ πρὶν γεύσασθαι τούτον, πρόσσειν αὐτῷς ἕτερός τις τῶν πάλαι οἰκειακῶν, μακροῦ νοσήματος βραχὺ τι ζητῶν παραμύθιον. ὃ δὲ μὴ ἔχων οὐδέν, ὅτῳ τὸν ἄνθρωπον παραμυθίσαιτο, δοθῆναι προσέταξε καὶ τούτῳ τὸ τῆς ἑαυτοῦ ἀσθε- 5
νείας εἶνεκα παρασκευασθὲν ἐκεῖνο φάρμακον. τοσοῦτον αὐτῷ τῆς συμπαθείας περιῆν καὶ ῥῆστα πρὸς τοὺς κακῶς ἔχοντας κάμ-
B πτεσθαι. (ς.) Ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντι χρόος μὲν εὖρηται, νό-
μισμα δ' οὐδὲν οὐδαμῆ. ἀλλ' οὗτος μὲν τοιοῦτον ἔλαχε τέλος.
- A. C. 1332
die Febr. 13 ἔτος δὲ τότε ἐνειστήκει τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ἑξακισχιλιοστὸν 10
ὄκτακοσιοστὸν τεσσαρακοστὸν. τηρικαῦτα δὲ καὶ τῷ νέῳ βασιλεῖ
Ἀνδρονίκῳ ἕκτον καὶ τριακοστὸν ἠνέετο ἔτος ἀπὸ γενέσεως.
- C β'. Ἐκεῖθεν ἡμέραι τριάκοντα μεταξὺ παρεβούησαν καὶ ὁ
μέγας τετελεύτηκε λογοθέτης ὁ Μετοχίτης, τρισὶ μεγίστοις δει-
νοῖς κυριευθεὶς τότε σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν. ἐπιέζετο μὲν γὰρ ἐκ 15
πολλοῦ τῷ τῆς στραγγουρίας νοσήματι. κρατηθέντων δ' ἤδη
καὶ τῶν νύκτων εἰς δεσμοτήριον κραταιότερον εἰργάσατο καὶ ἐν-
τεῦθεν λύπη τὸ τοῦ πάθους δορυμύ. ἐκ τοῦ σύνεργου δὲ καὶ ὁ τοῦ
βασιλέως ἐπελθὼν θάνατος καὶ βεβαίαν ἤδη κομίσας αὐτῷ τὴν
D τῶν ὄλων ἀπόγνωσιν ἀνίσχυρον ἐς τέλος τὴν φύσιν πεποίηκε, 20
χαλάσας τοὺς τόνους τῶν καιριωτέρων ὀργάνων καὶ τὰς ζωτικὰς
παραλύσας δυνάμεις. ὄθεν τὸ μοναδικὸν ὑπελθὼν σχῆμα με-
τήλλαξεν. ἐπεὶ δὲ μέρος καὶ γὰρ τῶν ἐκεῖνον θρηνούντων θεο-
μῶς, ὡς εἰκὸς, ἐγγινόμεν, παρελθὼν μοναδίαν διήλθον τοιάνδε.

5. τοῦτο W., sed in mg. τούτῳ.

his frigidae potum meraciorem temperaret atque levaret. Sed priusquam eos gustasset, rursus alius veterum domesticorum eum accedit, longi morbi breve quaerens solatium. At ille, cum nihil haberet quo hominem consolaretur, et huic dari iussit remedium suae infirmitatis causa comparatum. Tanta eius erat humanitas et commiseratio eorum, qui male habebant. (VI.) Quin et eo mortuo aes alienum emersit; nummus autem ne unus quidem uspiam inventus. Hunc iste exitum sortitus est anno ab orbe condito sexies millesimo octingentesimo et quadragesimo; quo tempore annum aetatis trigesimum sextum Imperator Andronicus explebat.

2. Triginta diebus ex eo elapsis magnus Logotheta Metochites decessit, tribus maximis malis victus et corporis et animi. Nam stranguriae quidem morbo pridem laborare coeperat. Iam autem filiis quoque eius comprehensis et in carcerem coniectis eius morbi vim animi dolor auxit. Paulo post Imperatoris etiam mors consequuta desperationem illi de summa rerum attulit, et naturam eius ad extremum debilitavit, laxatis nervis praecipuorum organorum vitalibusque viribus resolutis. Quare monastico habitu induto decessit. Sed quia et ego, uti par erat, ex eorum numero fui, qui illum gravissime lugerent, huiusmodi de eo funebrem orationem habui:

(B.) „Ἐμοὶ δὲ, ὃ παρόντες, ταῦτόν τι συνέβη παθεῖν, ὥσπερ
 ἂν εἴ τις ναῦς ἑξαίρνης ἐναντίοις ἐντετυχηκῦα τοῖς πνεύμασιν
 ἐπὶ πρύμναν ἐκινδύνευσε καταδῦναι· ἔπειτα πρὶν ἢ δυνηθῆναι
 στήναι καλῶς, ἕτερον ἐπιδραμὸν ἐκ πλευρᾶς κλυδώνιον ὑποβρῦ-
 5 χιον ἠνάγκασε ταύτην γενέσθαι. πρὶν γὰρ τὴν προτέραν καὶ με- E
 γίστην ἐκείνην τοῦ βασιλέως ἀποτινάξασθαι συμφορὰν, ἕτερα
 μοι σήμερον αὕτη ἐπιδραμοῦσα, καθάπερ ἐπὶ κλύδωνι κλύδων
 κατὰ χειμῶνι χειμῶν, δεινῶς κατεβάρπτισε καὶ πρὸς ἀβύσσους
 πυθμένας φεῦ κατήνεγκε συμφορῶν. ὡ πῶς οὐκ εὐθὺς ἀπέπτῃς,
 10 ψυχῇ, ἀλλ' ἔτι τῷ δυστήνῳ τούτῳ παρέμεινας σώματι; ὡ πῶς
 οὐχ ὑπὸ τῶν ἀλγεινῶν διεθρόάγη μοι τὸ σῶμα, ἀλλ' ἀντέχειν ἔτι
 δύναται πρὸς τοσαύτας κινάτων ἐπαγωγάς; ὡ δυστυχῆς μοι P. 292
 γλῶττα, οἷας σοι τὰς μονωδίας ὁ χρόνος ἐταμιεύσατο; φεῦ τῆς
 τῶν δεινῶν συνεχείας· βαβαὶ τῆς ἐναλλαγῆς τῶν πραγμάτων.
 15 οὓς γὰρ ἀεὶ κατὰ τῶν συμφορῶν προβόλους εἶχομεν ἀθρόαγεις
 καὶ λαμπροὺς παρηγόρους, οὗτοι στρατεύματα συμφορῶν ἐφ'
 ἡμᾶς ὀπλιζουσι σήμερον. ἡμεῖς δὲ καρτεροῦμεν ἔτι καὶ μονωδεῖν
 ἀνεχόμεθα. ποῦ σοφῶν συναυλῖαι καὶ λογίων ἀμιλλαι καὶ σεμνὰ
 παλαίσματα; ποῦ ῥητόρων πανηγύρεις καὶ κρότοι καὶ θέατρα B
 20 πολλῶ τῶν Παναθηναίων ἐκείνων λαμπρότερα; φροῦδα τὰ πάν- V. 237
 τα, κόνις ἅπαντα. ὦ κάκιστε χρόνε, πῶς ἐκ μέσης ἠνέσχου τῆς
 οἰκουμένης τὴν τῆς σοφίας μητρόπολιν ἐξελεῖν ἀπηνῶς; πῶς τὴν
 τῶν λόγων καθεῖλες ἐπιβουλεύσας ἀκρόπολιν; πῶς οὕτω νεανιεύῃ
 καθ' ἡμῶν συνεχῶς, μήτε τινὰ οἶκτον λαμβάνων, μήτε χορεν-

9. συμφοραῖς A. 23. ἀκρόπ.] μητρόπολιν W.

(II.) „Mihi quidem, auditores, idem usu venit, quod navi subito adversis
 ventis circumventae, cuius puppis cum demergenda sit, priusquam consi-
 stere possit, ab alio fluctu a latere obruatur. Priusquam enim priorem il-
 lam et maximam obitus Imperatoris calamitatem excussissem, altera haec
 hodie me aggressa, veluti fluctus post fluctum, tempestas post tempestatem,
 graviter demersit et in abyssos et fundum calamitatum heu deiecit. O ani-
 ma, cur non statim evolasti? cur adhuc in misero isto corpore permanes?
 Heu, cur non prae doloribus ruptum est corpus meum, sed adhuc tot flu-
 ctuum violentiae resistere potest? O infelicem linguam meam, ad huiusmodi
 lamentationes reservatam! Heu malorum cumulum: heu mutationem rerum!
 Quos enim firmos quasi obices contra malorum insultus habebamus et illu-
 stria solatia, ii hodie contra nos calamitatum cohortes educunt. Nos vero
 adhuc subsistimus et lamentari non desistimus? Ubi est familiaritas sapien-
 tium? ubi doctorum certamina et honestae velitationes? ubi oratorum coe-
 tus, applausus, theatra, multo Panathenaeis illis splendidiora? Evanue-
 runt omnia; in pulverem abierunt omnia. O tempus iniquissimum! itane
 e medio terrarum orbe sapientiae metropolin tollere crudeliter haud dubita-
 sti? itane per insidias eloquentiae arcem evertisti? Cur tam continenter in-

A. M. 6836
ad
6849
Imp. Andron.
Iunioris.

νύμενος ὑπὸ τῆς τρυφῆς τῶν δεινῶν; χθὲς ἀφεῖλες ἡμῶν τὸν μέγιστον βασιλέα· σήμερον τὸν δεξιὸν ὑπηρέτην, τὸν Νέστορα τὸν βουλευφόρον, τὸν μόνον τοσοῦτω βασιλεῖ δυνάμενον ἔξαρκεῖν. χθὲς τὸν τῶν Χαρίτων θάλαμον· σήμερον τὰ τῶν Χαρί-
Οτων προπύλαια· χθὲς τὸ ἔαρ τῶν ἀγαθῶν· σήμερον τὴν τὸ τοι-5
οὔτον ἔαρ ἀγγέλλουσαν χελιδόνα· χθὲς τὸν μέγαν καὶ ἀπαρά-
μιλλον νοῦν· σήμερον τοῦ τοιοῦτου νοῦ τὸν ἐναρμόνιον κήρυκα·
χθὲς τῆς χρυσῆς καὶ μεγάλης γλώττης τοὺς λόγους· σήμερον
Δτὴν Ἀκαδημίαν καὶ τὸν Περίπατον καὶ τὴν Στοὰν ἐκείνης τῆς
γλώττης ἀκείνων τῶν λόγων· χθὲς τὰς Μούσας· σήμερον τὸ 10
ζῶν καὶ κινούμενον μουσεῖον· χθὲς τῆς εὐσεβείας καὶ τῶν δογμα-
των τὸν κράτιστον πρόβολον· σήμερον τὴν δογματικὴν πανοπλίαν·
χθὲς τὸν τῆς ἱερωσύνης κανόνα τε καὶ τὴν στάθμην· σήμερον
τὴν ἱερὰν ὄπλοθήκην. ἀλλ' ὧ πόσοι κλαυθμοὶ καὶ στεναγμοὶ
συνεληλυθότες εἰς ἓν ἐξισωθῆναι δυνηθεῖεν ἂν τοῖς νῦν κατα-15
Εσχοῦσιν ἡμᾶς πάθεισιν; οἶμαι γὰρ, οἶμαι, ἂν θάλασσα μὲν
ἅπασα μεταβάλλῃ πρὸς φύσιν δακρῶν, ποταμοὶ δ' αὖ, ὅποσοι
τὴν γῆν περικλύζουσι, πρὸς δακρῶν τραπῶσι φορὰν, οὐδ' οὐ-
τως ἂν ἰκανῶς δειχθεῖν τὸ μέγεθος ὅσον τῶν νῦν συμφορῶν.
ἐκεῖνος ἦν ὁ τῆς ἡγεμονικῆς τῶν Ῥωμαίων ὀλκάδος ἄριστος κυβερ-20
νήτης· οὗτος ὁ τὴν Ἑλίκην καὶ τὸν πόλον διασκοπούμενος ἄρι-
στα. ἐκεῖνος ὁ τὰς αἰθρίας καὶ τὰ νέφη τῶν πόλεων καὶ τοὺς
Εκείθεν χειμῶνας προβλέπων· οὗτος ὁ τὰ ἰστία καὶ τοὺς κάλως
καὶ τὰ προμνήσια διατιθέμενος εὔ. ἐκεῖνος ὁ τῆς φρονήσεως πρύ-
τανις· οὗτος ὁ τῆς φρονήσεως ἐκείνου διανομὸς δεξιός. ἀλλ' 25
6. ἔαρ A. 24. ὁ add. A.

sultas nobis sine ulla misericordia et satietate malorum? Heri maximum nobis Imperatorem abstulisti; hodie solertissimum illius ministrum, Nestorem consiliarium, eum qui solus tanto Imperatori satis fuit. Heri Gratiarum thalamum; hodie Gratiarum vestibulum. Heri ver bonorum; hodie nunciam eius hirundinem. Heri magnam et incomparabilem mentem; hodie mentis illius argutum praeconem. Heri aureae et magnae illius linguae sermones; hodie Academiam et Peripatum et Stoam illius linguae et illorum sermonum. Heri Musas; hodie vivum et motu praeditum Museum. Heri pietatis et dogmatum firmissimum munimentum; hodie dogmaticam panopliam. Heri sacerdotii regulam et amussim; hodie sacrum armamentarium. Sed quae tandem lamenta, quae suspiria in unum coniuncta malis nostris aequari queant? Arbitror, arbitror enim, si mare totum in lacrymarum naturam conversum, et omnes fluvii, qui terram irrigant, in lacrymarum abundantiam mutantur, ne sic quidem magnitudinem calamitatum, quibus nunc oppressi sumus, satis ostendi posse. Ille principalis Romanorum navigii optimus fuit gubernator; hic Helices et poli diligentissimus inspector. Ille serenitates et nubila urbium et imminentes inde tempestates prospexit; hic vela, funes, rudentes probe direxit. Ille prudentiae penu; hic dexter illius pro-

ἄμφω νῦν ὁ θάνατος ὀξέως ἐπιδραμῶν, ὁ δυσμενῆς ὀπλίτης, A. C.
 φεῦ τοῦ πάθους, εἰς γῆν καὶ κόνιν κατέχωσεν. ὦ πῶς οὐ γῆν 1328
 μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ αὐτοὺς οὐρανοὺς καὶ ἀστέρας ὀξέως τὰ 1341
 νῦν περιέδραμε πάθη καὶ αὐτῆς τῆς ἀνωτέρας ἀφάμενα λήξεως; Imp. Andron.
 5 ἀλλὰ δεῦρο δὴ μοι πᾶς ὁ τῶν λειπομένων σοφῶν χορὸς, εἶπερ Iunioris.
 τινὲς λείπονται, θρηνήσατε τὴν πηγὴν τοῦ λόγου φραγείσαν. P. 293
 θρηνήσατε σιγῶσαν τὴν πάνυ τοι ἐμμελῶς ἀττικίζουσαν πρότερον
 γλῶσσαν καὶ τὸ γλυκὺ νέκταρ ἐκείνης ἀθρόως εἰς γῆν καταβρέϋ-
 σαν. θρηνήσατε στόμα ἐκεῖνο, ὃ χθρὲς μὲν καὶ πρότερον οἰοεῖ
 10 τι σύμβλον κατεφαίνεται μέλιτος, νῦν δὲ θανάτου κρητῆρες διέ-
 φθειραν. θρηνήσατε τὸν τὸ Ῥωμαίων κλέος τῇ σοφίᾳ σεμνύνον-
 τα πλέον, ἢ τὸ τῶν Ἀθηναίων πάλαι Σωκράτης καὶ Πλάτωνες. B
 θρηνήσατε τοὺς τῆς σοφίας κρατῆρας ἀπάσης ἐν βραχεῖ κενω-
 θέντας εἰς γῆν. ἀλλ' ὦ τίς ἐκ μέσης τῆς οἰκουμένης τὸν τῶν
 15 Μουσῶν ἀφήρασεν Ἐλικῶνα; τίς τὸν τῆς σοφίας κατέχωσεν
 Ὀλυμπον; τίς τὸν λύχνον ἔσβεσε τὸν φωτίζοντα τοὺς ἡμῶν τῆς
 ψυχῆς ὄφθαλμοὺς καὶ καλῶς ἡμῶν τὸ τοῦ νοῦ διανοίγοντα βλέ-
 φαρων; τίς τὴν τέχνην τῶν τεχνῶν καὶ τὴν τῶν ἐπιστημῶν ἐπι-
 στήμην διέφθειρε; τίς τὸν οὐράνιον ἄνθρωπον εἰς ἕδου πυθμέ- C
 20 νας κατήνεγκε; πάλαι γε μὴν ἡ Ἑλλὰς τὴν τῶν λόγων ἐστίαν
 ἐθρήνησε τὰς Ἀθήνας, ὅπότε ἐπιβούλως δραμῶν καθεῖλεν αὐ-
 τὰς ὁ Λακεδαιμόνιος Λύσανδρος. ἡμεῖς δ' οὐδ' ἀξίως θρηνεῖν
 ἔχομεν σήμερον ὅλας Ἑλλάδας αὐταῖς Ἀθήναις συγκαταδύσας.
 πάντα γὰρ εἰς ἀνὴρ οὗτος ἦν. ὦ Μοῦσαι καὶ λόγοι καὶ ἀρεταὶ

3. μόνην A. 10. σύμβλον C., σύμβολον W. σύμβλον corr. Boiv.

mus condus fuit. Sed utrumque nunc mors celeriter arreptum, infestus
 ille miles, (proh dolor) in terram et pulverem depressit. O quomodo
 non terram tantum, sed iam ipsos etiam caelos et stellas celeriter haec
 mala percurrebant et superiorem provinciam etiam invaserunt? Age ve-
 ro prodi mihi huc omnis reliquus doctorum coetus, si qui supersunt. De-
 plorate fontem eloquentiae obturatum. Lugete Atticam illam linguam,
 non ita pridem suavissime loquentem, et dulce illud nectar prorsus humi
 effusum. Lugete os illud, quod paulo ante mellis vobis favus fuit, nunc
 vero a mortis fucis est perditum. Lugete eum, qui Romanorum glo-
 riam sua sapientia magis auxit, quam olim Atheniensium Socrates et Pla-
 tones. Lugete universae crateres sapientiae, paulo momento in terram
 effusos. At o quis e medio terrarum orbe Musarum abripuit Heliconem?
 Quis sapientiae destruxit Olympum? Quis lucernam extinxit, mentis nostrae
 oculos illustrantem et cilia nostri animi pulchre aperientem? Quis artem
 artium, scientiam scientiarum perdidit? Quis caelestem hominem in fundum
 tumuli deiecit? Olim quidem Graecia Athenas eloquentiae domicilium de-
 ploravit, cum eas per insidias celeres destruxisset Lysander Lacedaemo-
 nius. Nos vero hodie non satis deplorare possumus totam Graeciam cum
 ipsis Athenis demersam. Unus enim hic vir fuit omnia. O Musae, o fa-

- A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Junioris. V. 238
- καὶ πᾶσα παιδεία, πῶς τὰ κρῖνα ταχέως οὕτωςί πως ἐμιμήσασθε τοῦ ἀγροῦ, ὀξείως μὲν πρὸς ὕψος καὶ κάλλος ἀρθέντα, ὀξύτερον δ' αὖ καταδύντα πρὸς μαρμασμὸν καὶ φθοράν; τὸ γὰρ θεῖον ἕμῶν ἀνάκτορον, τὸ μέγα καὶ περιβόητον ἕμῶν ἐνδιαιτήμα ὑπὸ γῆν καὶ φθορὰν νῦν κατελθὼν καὶ τὸ ἑμέτερον συγκυτέχωσε κάλ-5
- D λος. οὗτος ἦν ὁ πάντας ὑπερφωνήσας φιλοσόφους καὶ ῥήτορας, ὁπόσους ὁ μακρὸς ἕμνησε χρόνος· ἀλλ' οἴμοι κεῖται νῦν ἐν κόνει καὶ χόμασιν ἄφωνος. οὗτος ἦν ὁ τῷ νῶ καὶ τῇ γλώττῃ διαμε-
- E τρῶν οὐρανὸν καὶ ἀστέρας βέλτιον ἢ κατὰ πάντα κανόνα καὶ στάθμην ἀνθρώπων· ἀλλὰ νῦν βραχὺς αὐτὸν διεμέτρησε λίθος. 10 οὗτος ἦν ἡ τῶν μεγάλων οὐρανοῦ καὶ γῆς ὀριζόντων καὶ παραλλήλων ἀρίστη διόπτρα, οὗτος ὁ κράτιστος καὶ αὐτοφυῆς ὠροσκόπος· ἀλλὰ νῦν αὐτὸν καὶ πρὸ τῆς ὥρας, φεῦ τοῦ δεινοῦ, βραχὺς ὀρίζων τῆς γῆς περιεῖληφεν. οὗτος ἦν ὁ πολλὴν ἐνδειξάμενος πρόνοιαν τῶν ἐξῆς ἐλλογίμων Ἑλλήνων, ὡς μὴ διακινδυ- 15
- F νεύοιεν περὶ τὰς κρίσεις τῶν πάλαι σοφῶν· οὗτος ὁ ῥαδίαν τὴν τῆς ἀστροθεάμονος ἐπιστήμης σοφίαν πεποιηκώς· οὗτος ὁ τῆς Ἀριστοτελικῆς γλώττης τὰς λαβυρίνθους ἀπλώσας· ἀλλὰ νῦν αἰ ζωφώδεις τοῦ τάφου λαβύρινθοι πικρῶς περὶ αὐτὸν φεῦ ἐξελίσσονται. οὗτος ὁ τῆς ἀρίστης αἰδοῦς καὶ τῆς σωφροσύνης κα- 20
- P. 294 ρῶν· ἀλλὰ νῦν αὐτὸν ὁ θάνατος ἀναιδῶς ἐξέτεμε δραμῶν. ὦ πῶς ὁ παρὼν οὗτος χρόνος ἐν βραχεῖ πάντας ἀθρόον τοὺς πά-

7. οἶμαι W.

cundia, o virtutes, o omnes disciplinae, quomodo agrestia lilia adeo celeriter estis imitatae, cito quidem in altum decus arrectae, sed citius arefactae et deiectae? Divina enim vestra cella, magnum illud et celebre vestrum diversorium, nunc terra et interitu oppressum una vestram quoque gloriam depressit. Hic fuit, qui omnes voce philosophos superaret et oratores, quos omnia saecula celebrant: sed heu, iacet iam in pulvere et tumulo mutus. Hic fuit, qui mente et lingua caelos et terras dimetiretur, quovis perpendiculo, quavis amussi rectius; nunc vero lapis exiguus eum dimetitur. Hic fuit magnorum caeli et terrae horizontum et parallelorum optima dioptra, hic optimus et sponte natus horoscopus; sed nunc eum ante tempus, o miseriam, brevis horizon terrae complectitur. Hic fuit, qui magnum impendit studium, ne in posterum Graeci eruditi in iudiciis veterum sapientum hallucinarentur. Hic fuit, qui contemplatricis siderum sapientiae scientiam facilem reddiderit. Hic fuit, qui Aristotelicae linguae labyrinthos extricarit; at nunc obscuri sepulchri labyrinthi acerbe circa eum intricantur. Hic optimae verecundiae et modestiae regula; sed nunc eum mors impudenter amputavit. Heu, quo pacto tempus hoc paulo momento vetustatem omnem lamentationibus vicit: quod post multa solis curricula tantum detrimenti universae naturae humanae in hunc usque diem inferre non

χρι νῦν οὐ δεδύνηται· νῦν δ' ἐφ' ἡμῶν ῥᾶστα δεδύνηται. χθὲς
 μὲν γὰρ τὰ πρῶτα καὶ μέγιστα τῶν καλῶν ἔλθῶν ἀφείλετο· τὰ
 δὲ λειπόμμενα σήμερον ἐπανελθὼν προσαφείλετο. χθὲς τὸν τῆς
 γῆς ἥλιον γῆς πνυθμέσιν ἀπέκρουσε· νῦν δὲ καὶ τὸν ἑωσφόρον
 5 ὁμοῦ συναπέκρουσε. χθὲς τὴν μουσικὴν ἀνείλεν ἁρμονίαν· σήμε-
 ρον τὴν μαγάδα καὶ τὰς νευράς. ὦ πῶς ὁ σιγῶντας τοὺς οὐρα- B
 νοὺς εὐρηκῶς ἐκ πολλοῦ, ἔπειτα τὴν τοῦ Θεοῦ διηγεῖσθαι δόξαν
 αὐτὸς παρεσκευακῶς, νῦν ἐν τάφῳ σιγᾷ; ὦ πῶς νεκρὸς ὢν αὐτὸς
 (φεῦ τῆς ἐμῆς συμφορᾶς) κινούμενόν τε καὶ ζῶν ἐμοὶ παραπέμπει
 10 τὸ πάθος, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν κατατέμνον καρδίαν ξίφους
 παντὸς χαλεπώτερον, μᾶλλον δὲ καὶ νύκτας ὅλας, εἰ χρὴ τὸ
 μεῖζον εἰπεῖν; ἡμέρας μὲν γὰρ καὶ τῶν ἐντυγχανόντων ὁμιλία
 οὐρανῷ καὶ ἀστράσι τὸ πάθος ἀπαγγείλασα, καὶ οἶκτον ταῦτα
 δέξασα μεστὰ, συγκαλέσει πάντα πρὸς συμμαχίαν ἐνταῦθα τῶν
 θρηόνων; ἐκεῖνος ἦν ὁ πρὸς γε τοῖς ἄλλοις κακείνο τὸ μέγα καὶ
 περιβόητον ἐργασάμενος τρόπαιον, τὸ γῆ τε καὶ θαλάσση μερι-
 20 σθὲν καὶ ἄμφω τὰ στοιχεῖα ἐμπλήσαν τοῦ θαύματος· λέγω δὲ
 τὴν διαβᾶσαν ἐξ Ἀσίας Περσικὴν ἐκείνην καὶ δύσμαχον δύναμιν,
 ἣν ἀθήμερόν κατηγωνίσαστο κράτιστα. ἀλλὰ νῦν αὐτὸν, φεῦ, E
 ὀξύτερον ἐπεισπεσὼν ὁ θάνατος κατηγωνίσαστο. σείσθητι γῆ πρὸς

2. λίμναι πᾶσαι καὶ θάλασσα ὕλαι, γίνεσθε δάκρυα, ἵνα ἡλ. conī.
 Boiv. 22. ἦν Boiv. corr. pro ἦ.

Homerus dignum dolorem et luctum magnae huic et ingenti calamitati accom-
 modabit? Fluminum fontes, lacus omnes, et tota maria convertimini in la-
 crymas, ut solem et lunam et astra lacrymis alatis. Heu quis e medio ter-
 rarum orbe heroicum illum militem eripuit? quod sepulchrum, quae terra,
 quae rupes nostrum obruit thesaurum? O magna aëris amplitudo, nunc
 tuas ulnas aperito, et haec suspiria suscipe, et iustos lacrymarum imbres de-
 super infunde. Ille fuit, qui nec autumnum nec aestatem ad usum armorum
 exspectaret, sed naturas temporum et elementorum innovaret; qui brumae
 gelu aestatem, inedia delicias, et vigilias somnum duceret; Imperatorias
 vero oblectationes, labores laboribus, certaminibus alia certamina per vi-
 ces cumulata iudicaret, ut praelia marina terrestribus, terrestria marinis suc-
 cederent. Nunc vero illum, proh dolor, exiguus pulvis tegit. O quae iusta
 vox telluri et caelo et stellis luctum hunc annunciabit, et ea omnia moerore
 implens ad lamentationum societatem convocabit? Ille fuit, qui praeter cae-
 tera magnum illum triumphum, in terram et mare distributum, quique utrum-
 que elementum miraculo implevit, pepererit: Persicas illas dico et invictas
 copias, quae ex Asia traiecerunt, quas eodem die potentissime profligavit.
 Nunc vero ipsum, hei, mors repentina oppressum prostravit. Commovere terra

- A. M. 6836
ad
6849
Imp. Andron.
Iunioris.
- τὸ νῦν πάθος, ἵνα γένος ἅπαν καὶ ἡλικία πᾶσα τῶν ἀνθρώπων αἰσθησιν τοῦ τοσοῦτου λαβόντες πάθους πλείους κοινωνοὶ καὶ συλλήπτορες τῶν θερμῶν ἡμῖν γένοιτο στεναγμῶν. οὗτος ἦν ὁ πρὶν ἀκουσθῆναι φαινόμενος τῷ τοῦ δρόμου τάχει καὶ πρὶν φανῆναι διώκων τοὺς πολεμίους τῷ δέει τῆς φήμης· ἄλλ' οἴμοι νῦν 5
- Ἐαυτοῦ πολλῶ φανείς ὠκύτερος ὁ θάνατος τοὺς τοιοῦτους φθάσας διέκοψε δρόμους. πηγὴ πυρὸς αἰθερίου, δυοῖν θάτερον καινοτόμησον· ἢ παῦσαι τὰς ζωογόνους σπείρων ἐπὶ γῆς ἀκτῖνας· ἢ τοὺς κρατῆρας ὄλον τοῦ σοῦ πυρὸς ἀθροίσας, ῥίψον κατ' αὐτῆς, ἵνα δὴ τὰς κόμας ῥίψη δένδρον ἅπαν καὶ μαρανθῆ τὰ κρῖνα τοῦ 10 ἀγροῦ καὶ λάβη γένος γλόης ἅπαν αἰσθησιν καὶ γνῶσιν τοῦ τοσοῦτου πάθους. ἐκεῖνος ἦν ὁ τοὺς Τριβαλλῶν καὶ Μυσῶν ἡγεμόνας
- P. 348 ἐκπλήξας, οἷα καθεύδουσιν ἐπιστὰς πολλάκις αἰγνίδιον, καθάπερ τις αἰθέριος κεραυνός. ἄλλ', οἴμοι, νῦν αὐτὸν ἀργὸν καὶ κείμενον καθάπαξ ἔδειξεν ὁ τάφος. οὐρανὲ, τὰς σὰς πύλας ἀνα- 15 πετάσας πρόπεμψον βροντὴν ἀξίαν τοῦ μεγάλου τούτου πάθους καὶ θορύβησον τὴν κτίσιν πᾶσαν, ἵνα καὶ τῶν ἀψύχων ἢ φύσις αἰσθησιν λάβη καὶ συλλάβοιτο τῶν θρηγῶν ἅπανα φύσις κτισμάτων ἡμῖν. ὦ πῶς ἢ ταχυτάτη καὶ ὠκύτερος φύσις νῦν ἤρημεῖ
- Βμὴ κινούμενος; ὦ πῶς πολλάκις ἡμῖν κομίσας χαρὰν ἐκ τῶν 20 πολεμικῶν τροπαίων ἐς τούναντίον ἀνέτρεψεν ἅπαντα σήμερον,
- V. 281 καὶ χειμῶνα μὲν τὸ ἔαρ πεποίηκε, σκότος δὲ βαθὺ τὸ τοῦ ἡλίου κάλλος, μελανειμονοῦσης ἡλικίας ἀπάσης καὶ οἶον ἀποκρηπτού-

20. κινουμένη W. in mg. 21. τούναντίον em. Boiv. pro τάναντιον.

propter hunc casum, ut omne genus, omnis aetas hominum tantam cladem sentiat, et plures nobis socii et adiutores vehementium sint suspiriorum. Hic fuit, qui celeritate cursus adventus sui famam anteverteret, et priusquam conspiceretur, terrore sui nominis fugaret hostes. Sed, hei mihi, nunc mors longe illo celerior extitit, et istiusmodi cursus antevertit et abrupit. Adesto fons ignis aetherei, atque alterutrum perficito: aut vitales in terra spargere desinito radios, aut totius ignis tui crateras in eam omnes effundito, ut comas omnis arbor amittat, et lilia agri marcescant, et herbarum omne genus tantam cladem sentiat atque intelligat. Ille fuit, qui Triballo- rum et Mysorum duces perterrefaceret, quos saepe velut dormientes subito instar aetherei fulminis oppressit. At, hei mihi, nunc illum ignavum et iacentem prorsus ostendit tumulus. O caelum, portis tuis apertis tonitru tanta calamitate dignum erumpe et totam rerum naturam perterrefac, ut et inanimatorum natura sentiat, et res omnis generis a Deo conditae luctum nostrum adiuvent. Heu, cur tua celerrima et veluti volucris natura nunc immota quiescit? Heu cur tu, qui toties nobis ex bellicis triumphis laetitiam attulisti, hodie in contrarium vertisti omnia, vere in hiemem commutato, pulchritudine solis in obscuras tenebras, pullata omni aetate, et splen-

AD

MAGNIF. ET GENEROSUM VIRUM,
D. ANTONIUM FUGGERUM,
KIRCHPERGAE ET WEISSENHORNI DOMINUM, CAESAREAE
MAIESTATI A CONSILIIS, ETC.

Non equidem sine mente, reor, sine numine divûm (ut Virgilii verbis utar) sic accidit, Vir Amplissime, ut tua praestanti liberalitate, et singulari IOANNIS DORENSCHWAMI industria, Byzantinam historiam a Constantino Magno usque ad Constantinum postremum, a Graecis descriptam hominibus, integram et perfectam haberemus. Etsi enim illius epitomae quaedam extant, partim a Latinis scriptoribus editae, partim ex his nostris auctoribus decerptae: tamen Graeci certius et fusius pleraque in Oriente gesta descripserunt, quae illi vix attigerunt: multaque referunt, Latinis illis vel plane incognita, vel de industria neglecta, quod ea minus ad se pertinere putarent: sicut et Graeci vicissim res in Occidente gestas parum curarunt. Nam cum princeps Imperii sedes Byzantium, quae a conditore potius quam instauratore, non tantum Constantinopolis, sed et nova Roma dicta fuit, translata esset: paulatim vetus Roma cum finitimis provinciis a totius Imperii quasi corpore avulsa, partim pontificibus, partim exteris nationibus paruit. Secuta sunt deinde etiam religionis dissidia, contentiones, insidiae, aperta bella, et diversae etiam utrorumque populorum appellationes. Nam Byzantini se Romanos, et suos principes *Ρωμαίων βασιλέας*, caeteros autem Christianos populos et reges, qui Romanum pontificem agnoscebant, promiscue Latinos nominarunt, a quibus ipsi contra Graeci dicebantur. Ut igitur res in Occidente gestae, e Latinis: sic quae in Oriente contigerunt, e Graecis rectius petuntur.

Fateor equidem, ad Zonaram convertendum praemiis, a te propositis, eoque tempore mihi peropportunis, initio excitatum

me fuisse potius, quam meapte voluntate accessisse: non tam laborum et molestiarum fuga, quibus ita tum quoque assueveram, ut ignavo otio nihil mihi esset molestius, quam privatis meis studiis, si quid daretur otii, fruendi et diuturnam quasi sitim variae lectionis restinguendi cupiditate. Sed cum e Zonarae velut salebris eluctatus, in Nicetae Acominati Choniatae planitiem et quasi variis flosculis vernantia prata pervenissem: iucundus mihi potius quam gravis esse labor interpretationis ille coepit, cum ob dictionem fusiorem et planiorem, et saepe non infeliciter luxuriantem: tum vero propter earum historiarum cognitionem, quas partim non satis tenerem, partim plane ignorarem.

Quo opere absoluto, cum non tam gauderem me gravi onere levatum, quam in medio veluti cursu destitutum dolerem, quo minus extremam totius historiae metam attingerem: ecce praeter omnem expectationem a te offertur Nicephorus Gregoras, qui ab urbe a Venetis et Balduino Flandro capta exorsus, historiam annorum cXLV. *) ad suam usque aetatem, et Andronici Palaeologi iunioris obitum, eleganti stylo descriptam nobis dedit: itaque supplevit ea quae reliquerat Choniates, ut hic Zonarae suam narrationem attexerat.

Caeterum et hic idem quod in Choniate mihi cum accidisset, nec vicina temporibus nostris Byzantium acta auctor ille attigisset: nullumque Graecum scriptorem extare, aut certe mihi esse cognitum dolerem, qui caetera usque ad Constantinopolin a Turcis occupatam, et imperium Graecorum a Mahomete prorsus eversum persequeretur: commode a clarissimo viro D. PHILIPPO GUNDELIO, Viennensi Iurisconsulto, ad me missus est Laonicus Chalcocondyles, quo, ut a fatigatione conversionis nonnihil acquiescerem, avide percurso, plane mihi satisfactum esse cognovi: atque in eam sententiam sum adductus, ut fato quodam, quod initio dixi, factum esse existimarem, ut et liberalitate tua, et DORENSCHWAMI Byzantina et Asiana peregrinatione, et meo qualicumque labore, integrum totius Byzantinae historiae corpus, et omnibus prope numeris suis absolutum, nostris hominibus proponeretur: cuius lectio non tam iucunda, quam salutaris esset, si ii qui rerum potiuntur, ex alienis peccatis sua emendare conarentur. Idem enim hostis, qui beatas olim Asiae et Graeciae provincias oppressit, vastavit, evertit, nostris etiam cervicibus imminet:

*) Non cXLV. sed cXXXVII.

γὰρ ἂν καὶ ἡμῖν εἰς τὴν παροῦσαν ἐγγείρησιν χρήσιμος)· „πολλά-**D**
 κεις,” φησὶν, „ἐθαύμασα κατ’ ἑμαυτὸν γενόμενος, πῶς τῶν ἀν-
 θρώπων τοῖς πλείστοις ἕξδὸν ἀστασίαστον καὶ εἰρήνης μεστὸν δια-
 βόσκειν τὸν βίον, καὶ πλείστους μὲν ἔχειν οἱ θανμάσσονται, μη-
 5 δένας δ’ οἱ τὸν τρόπον τούτων μισήσουσιν· οἱ δὲ πρόθυμοι πρὸς
 τὸ λοιδορεῖν πάντα τινὰ ἀπαντῶσι καὶ γλώττιαν ἐκόντες ἀσκοῦσι
 πονηρὰν καὶ ἀταμίευστον καὶ ὑβρίζουσαν· καὶ ταῦτα μηδεμιᾶς
 πολλάκις προκειμένης προφάσεως, ἢ προβαλλομένη τι τῶν δι-
 καίων ἴσως ὑπέκκαυμα ἔσται πρὸς τοιαύτας ἀναφλέγον ὁρμᾶς.**E**
 10 καὶ τούτων μᾶλλον ἐθαύμασα, τοὺς ὀπόσοι ψευδεῖς κατὰ βασι-
 λέων ὁμοῦ καὶ πατριαρχῶν βλασφημίας συζῆράπτειν καὶ ἀναισχύν-
 τως προφέρειν τολμῶσι· καὶ πάντων ἐθαύμασα μάλιστα, τοὺς
 ὅσοι γραφῇ παρατίθεσθαι τὰς οὕτω ψευδεῖς βλασφημίας αὐτῶν
 οὐκ ὀκνοῦσι. τὰς γὰρ ἀπὸ μόνης τῆς γλώττης προοῦσας λοι-
 15 δορίας αἶραι λαβοῦσαι ἐς αἰθέρος ἀβύσσους διασκεδάζουσιν. αἱ
 δὲ γραφαῖς καὶ βίβλοις ἐντυπούμεναι μονιμώτερον καὶ τυραν-**F**
 νικώτερον κατὰ τῶν ὑβριζομένων τὸ κράτος ἐσχίκασι, τὴν ἡγε-
 μονίαν τῆς γραφῆς λαμβανούσης καὶ διὰ μακροῦ πομπευούσης
 τοῦ χρόνου. οὐκ οἶδα δ’ ὀπότερον οὐδ’ ἔχω ῥαδίως ἐπιγιγνώ-
 20 σκειν οὗ χάριν ταῦτα ἐπείγονται δοῦν, καὶ τίνος ἕνεκα κέρδους
 ἐς τοιοῦτους κρημνοὺς ἑαυτοὺς συνωθοῦσιν. εἴ τε γὰρ ιδιότητά
 τινα κακίας ἀποπίμπλαντες ἑαυτῶν ἐπὶ τὰς οὕτω ψευδεῖς βλα-
 σφημίας χωροῦσι, κακῶς τοῦτο δοῦσι καὶ λίαν ἀσχερῶς καὶ κα-
 τὰ τῆς ἑαυτῶν, ὡς εἰπεῖν, κεφαλῆς. στήλην τε γὰρ τῆς σφῶν

1. Wolfius interposito titulo (δημηγορία τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου) sententiam abruptit, haeretque in voce ἴνα, quam ait esse ἀνανταπόδοτον. Vide eius notas. 23. καὶ alterum add. A.

tutum videri possit accommodata), „Saepe” inquit „mecum ipse miratus sum, qui fieret, cum plerisque mortalium quietam et tranquillam prorsus agere vitam liceret, ac plurimos habere quibus admirationi essent, nullos vero penitus inimicos: ut ipsi ad quosvis proscindendos propensi, linguas improbas, futiles et contumeliosas ultro exacuerent: idque nulla saepe occasione data, quae ad huiusmodi maledicentiam iure illos incenderet. Illos vero magis etiam sum miratus, qui Imperatores simul et Patriarchas falsis maledictis incessere, ac impudenter proscindere audent. Sed hi admiratione omnium maxima me affecerunt, qui tam falsa maledicta sua mandare litteris non dubitarunt. Nam convitia, quae lingua proferuntur, statim aura dissipat: quae vero scribuntur et libris imprimuntur, diutius et gravius eos quos laesere iniuria premunt: scriptura auctoritatem nacta, et longo tempore ostentata. Ignoro autem quo consilio, nec scio qua gratia haec facere studeant, aut cuius lucri spe in talia praecipitia incurrant. Sive enim, ut singularem suam improbitatem expleant, adeo falsa maledicta congerunt, male faciunt ac turpiter admodum, suoque, quod aiunt, capiti nocent. Nam improbitatis suae monumentum produnt posteris, quod

P. 4 κακίας τῶ χρόνῳ παρέχουσιν, ὅτι ἐξὸν ἐκ τοῦ λέγειν εὐφημία καὶ
 πρεσβεύειν ἀλήθειαν, γνωρίζεσθαι τοῖς ἀκούουσιν· οἱ δ' ἐκ τοῦ
 πλύνειν ἀμάξαις ὕβρεων τοὺς μηδὲν ἀδικήσαντας, δημοσιεύειν εἴ-
 λοντο ἑαυτοὺς, παραπλησίως ὡσπερ ἂν εἴ τις, ἐξὸν ἡπειρώτης
 εἶναι, καὶ βίον ἐπικερδέστερον καὶ ἀκίνδυνον ζῆν, ὅδ' ἐς Ἀτλαν-5
 τικοῦ πελάγους χειμῶνας καὶ κλύδωνας φέρον ἐμβέβληκεν ἑαυ-
 τόν. τὸ δὲ καὶ κακῶν ἀρχέτυπα τοῖς ἐφεξῆς εἰς μίμησιν προτι-
 θέναι τὰ γράμματα, καὶ εἰκῆ καθιστᾶν ἑαυτοὺς αἰτίους τῆς ἐκεί-
 νων ἀπωλείας, τοῦτο δὲ ποίων κρημνῶν οὐκ ἐπάξιον, δίδυμα
 καὶ τριπλᾶ προτεῖνον τὰ γκλήματα; ἃ γὰρ ὡς ἀήθη ταῖς πολι-10
 τείαις καὶ νόθα ἐλαύνειν ὡς πορρώτάτω καὶ ἀποτρέπεσθαι ἐμελ-
 λον, δεδιότες οἷς τὰ τοιαῦτα πρόχειρον λαιδορεῖν, καὶ τῶν πό-
 λεων ἐξωθεῖν, ὡς πρὶν τῶν δικαστικῶν Ἀθηναῖοι πινάκων τοὺς
 ὅσοι παρέγγραπτοι καὶ τῆς σφῶν πολιτείας ἀνόξιοι· ταῦτα ἀσμέ-
 νως ἤδη δέξαιντ' ἂν πράττειν αὐτοὶ, ὡς καὶ ἄλλοις ἤδη πεπρα-15
 γμμένα καὶ δεδομένα, καὶ τῶν ὄρων ὄντα τῆς συνηθείας ἐντός.
 φιλοῦσι γὰρ ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρώπων οἱ τοῖς οἰοισθηποτοῦν
 ἀτοπήμασιν ἀλισκόμενοι, ἐς ἀρχαιοτέρας εἰκόνας ἀνάγειν τὴν
 μίμησιν, ἵν' ἐκείθεν ὡς ἐξ ὀρητηρίου κατατρέχωσιν, εἴ τινές
 ποτ' ἄρ' εἶεν οἱ πρὸς ἐλέγχους ἀποδιδόμενοι. εἴτ' οὖν διὰ τοῦ-20
 το λαιδοροῦσι καὶ ψεύδονται, οὕτωςί πως ἐκατέρωθεν ἀμαρτά-
 ρουσιν· εἴτ' αὖ διαμονῆς ἕνεκα τῆς αὐτῶν συγγραφῆς, καὶ οὕ-
 τω πόρρω θέουσι τοῦ σκοποῦ, τὰς κρηπίδας τῶν αἰτιῶν οὐ πάνυ
 ὄντοι σφόδρα ὑποτιθέμενοι ἀσφαλεῖς. αὐτοὶ μὲν γὰρ ἴσως εἰδότες

9. ἀντάξιον A. 11. ὄφειλον A. 16. ὄντα om. A.

cum bene dicendo et celebranda veritate innotescere auditoribus licuisset, plaustris convitiolorum in innocentes effundendis semet ipsos traducere publice maluerunt: haud secus ac si is, cui liceret in terra continente beate secureque vivere, in Atlantici maris tempestates ac fluctus ultra se coniiceret. Scelerum porro exempla scriptis suis proponere posteris, et interitus eorum sponte reum fieri, id vero quae praecipitia non meretur, cum duplicibus aut triplicibus criminibus sese obstringant? Quas enim res ut insolitas civitatibus et improbatas quam longissime exterminaturi et abominaturi erant, eorum metu quibus et insectari et urbibus eas exigere promptum esset, quemadmodum olim Athenis ex albo iudicum debebant per fraudem inscriptos et republica indignos: has iam cupide amplectentur, ut et ab aliis ante factas ac probatas, et a consuetudine non abhorrentes. Solent enim homines quorumvis criminum rei, suam imitationem ad exempla veterum referre, ut causam habeant invehendi in eos, qui illa arguere instituerint. Sive igitur hac de causa ita convitiantur et mentiuntur, utroque peccant: sive ob diuturnitatem scriptorum suorum, etiam sic procul a scopo aberrant, infirmis criminationum suarum iactis fundamentis. Sciunt illi quidem forsitan, vulgi aures insectatione aliorum quam collaudatione

σης τὴν αὐγὴν τῆς αἰθερίας τοῦ ἡλίου λαμπάδος; ὡ πῶς ὁ πολ- A. C.
 λους ἐκ τῶν βλεφάρων ἀποκρουσάμενος ὑπνους ὑπὲρ τῶν ὑπη- 1328
 κῶων νῦν ἐν τάφῳ τὸν μακρὸν ὑπνον καθεύδει; ὡ πῶς τὸν λίθι- ad
 νον αὐτὸς ὑποδὺς χιτῶνα ἐν βραχεῖ δυστυχῶν ἡμᾶς ἀποδύσασθαι 1341
 5 πέπραχεν; ὡ πῶς πρότερον μὲν τὰ τῶν πολεμίων κόπτων καὶ C
 καταβάλλον σώματα νῦν ἐκ τάφου τὰς τῶν ὑπηκῶων τοξεύει
 ψυχὰς ἀφειδῶς; σὺ δ' ὦ θεία βασίλις, ποῦ τὸ σὸν καταλέλοι-
 πας κλέος; πῶς καθάπερ εὐκνλος σελήνη τῶν βασιλείων χθῆς
 ἐξελθοῦσα σήμερον ἐπανῆλθες ἡμίκνλος; πῶς καθάπερ δένδρον
 10 εὐσχιόφυλλον ἀνθοῦσα σήμερον ἐξαίφνης ἀπήνθησας ὡς χόρτος D
 ἐν ἀγρῷ καὶ ῥόδον ἐν λειμῶνι; πῶς ἐκ τῶν βασιλικῶν θαλάμων
 χθῆς οἷα λαμπρὰ καὶ πλησιφαῆς πανσέληνος ἀνατείλασα νῦν ἐν
 πολλοῖς καὶ βαθέσιν ἐκρύβης τοῖς νέφεσι; τίς ἐν βραχεῖ τὸ σὸν
 ἀπημαύρωσε κάλλος; ποῦ τὴν συγκαταρεύσασαν ἀφῆκας γλόην;
 15 τίς τὸν σὸν εὐανθέστατον κῆπον ἐξώρυσσε; τίς κλέπτῃς, τίς λη-
 στής, τίς προσητήρ καὶ κεραυνὸς ἐξ οὐρανοῦ; πῶς χθῆς ὡς ἐκ
 λιμένος τὸν ἐκπλουν ποιησαμένη λαμπρὸν σήμερον ἐπανῆκες, ὡς E
 ἐκ ναυαγίου καὶ κλύδωνος ὄλον ζημιωθεῖσα τὸν πολυτίμητον
 φόρτον; τίς σου τὸν χρυσοῦν ἀπέκειρε βόστρυχον; τίς ἀφείλε
 20 σου τὸ τῆς πορφύρας κράτιστον; τίς τὸν σὸν ἤρπασε λύχρον;
 τίς τὸν σὸν ἔσβεσεν ἥλιον; τίς σοι τὴν καινότεραν ταύτην ἡλια-
 κὴν ἐκλειψιν εἰργασται; τίς σου τὴν λαμπρὰν συζυγίαν διέλυσσε;
 τίς ἄγριος χειμῶν τὴν σὴν ἑαρινὴν ἀρμονίαν διέθρηξεν; ἀλλὰ συνά- F
 ρουσθέ μοι τοῦ πένθους ἅπας ὁ τῶν Ῥωμαίων δῆμος, καὶ δεῦρο

4. δυστυχῶς conii. Boiv.

dorem aetherae facis solis velut occultante? Heu, quomodo is, qui propter
 subditos suos somnum oculis saepe negavit, nunc in sepulchro longum illum
 somnum dormit? Heu, quomodo ille, saxea tunica induta, brevi effecit, ut
 nos misere exueremur? Heu, quomodo qui antea hostium corpora caedebat
 et sternebat, nunc e sepulchro subditorum animos sagittis pertinaciter im-
 petit? Tu vero, o divina Imperatrix, ubinam decus tuum reliquisti? Heri
 plenae lunae instar egressa palatio, hodie quo pacto dimidiata reverteris?
 Quomodo, cum instar frondibus obsitae arboris floreres, hodie ut foenum
 agri defloruisti et rosa in prato? Quo pacto heri ex Imperatoris thalamis
 splendentis et illustris plenilunii instar exorta nunc multis et densis nubibus
 occultaris? quis tam brevi momento tuam pulchritudinem obscuravit? Ubi
 florem tuum deciduum reliquisti? quis vernantem tuum hortum perfodit?
 qui fur? qui latro? quae fulgetra? quod caeleste fulmen? Quo pacto quae
 heri velut e portu splendide solvisti, hodie tanquam e naufragio et fluctu
 es reversa, omnibus iis, quas vehebas, pretiosissimis mercibus spoliata?
 Quis tuam auream comam detondit? Quis tibi purpurae splendorem ademit?
 quis tuam lucernam abripuit? quis tuum solem extinxit? quis tibi novam
 istam eclipsin invexit? quis illustre tuum coniugium diremit? Quae fera
 tempestas vernam tuam temperiem corrupit? Agite vero, omnis Romane

A. M. κοινῇ τὸν θροῆνον ἐγείρωμεν, κλαίοντες οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἡμᾶς
 6836 αὐτοὺς ἐν ἐρημίᾳ καταστάντας ἐκείνου. οἱ τὰς τοῦ γένους φλέβας
 ad ἔλκοντες ἐκ τῶν βασιλικῶν πηγῶν, δακρύσατε καὶ ὡς συγγενῇ
 6849 τὸν βασιλέα καὶ ὡς τοῦ γένους κούχημα. οἱ τὰς βασιλείους πα-
 Imp. Andron. τοῦντες ἀλλὰς, ζητήσατε τὴν τῶν βασιλείων λαμπρότητα. οἱ 5
 Junioris. στρατιῶται, πενθήσατε τὸν δεξιὸν στρατηγόν· οἱ δοῦλοι, κλαύ-
 P. 349 σατε τὸν φιλάνθρωπον δεσπότην· οἱ καθεύδειν καὶ ἡρεμεῖν εἰω-
 θότες, τὸν ἄγρυπνον φύλακα· οἱ δικασταὶ, θρηνήσατε τὸν χο-
 ρηγὸν τῆς τῶν νόμων ἰσχύος· οἱ τῆς ἐκκλησίας ἱεροὶ προστάται,
 ζητήσατε τὸν διάπυρον σπουδαστὴν καὶ συλλήπτορα τῶν δογμα- 10
 των· οἱ ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις, τὸν πρόβολον καὶ προασπιστὴν
 τῆς ὑμετέρας εὐκλείας καὶ δόξης· οἱ τῶν θείων ἀσκητηρίων κο-
 σμήτορες, τὴν τῆς ὑμετέρας ἰσχύος ἀκρόπολιν. λογίσασθε τοὺς
 B ὑπὲρ ὑμῶν τελευταίους ἀγῶνας αὐτοῦ, πῶς πεπονηκότος ἤδη
 καθάπαξ τοῦ σώματος ἐκ τε τῶν πολεμικῶν τραυμάτων ἐκ τε τῶν 15
 ἰατρικῶν καντήρων καὶ πρὸς θάνατον ἐντεῦθεν ἐλαννόμενος κα-
 τεφρόνησέ τε τοῦ σώματος, καὶ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ἀφειδήσας προ-
 θύμως ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ τοὺς ἱεροφάντορας ἤκε καὶ οὐ πρότερον
 ἐκεῖθεν ἀπήλλαξε, πρὶν ἐλπίδας δοῦναι, ὡς τοὺς ὑμῶν ὑβριστὰς
 C καὶ τὰ ἐκείνων διεφθορότα δόγματα, τό γε εἰς ἐκεῖνον ἦκον, συν- 20
 τρίψει τε καὶ ὅλοις δώσει φθορᾶς καὶ ἀπωλείας βυθοῖς τε καὶ κύ-
 μασιν. ἀναμνήσθητε, οἶους καὶ ὅσου τοῦ ζήλου μεστοὺς τῶν

9. Verba οἱ τῆς ἐκκλησίας -- κύμασιν laudantur a Cantacuzeno Hist. IV. 24. p. 802. C. 12. ἡγήτορες Cantacuz. pro κοσμήτορες. 13. μνήσθητε Cantacuz. pro λογίσασθε. 18. ἱεροφάντας Cantacuz. 19. πρὶν τοὺς ὑμῶν ὑβριστὰς καὶ τὰ ἐκ. διεφθ. δόγμ. καὶ παρέγγραπτα τῆς ἐκκλησίας νανάγια συντρίψαι τε καὶ ὅλ. δοῦναι φθορᾶς etc. Cantacuz.

popule, adiuuate luctum meum, communiter eiulemus, non illum deploraturi, sed nosmet ipsos, qui ab illo destituti sumus. Qui stemmate Imperatorio estis orti, deplorate Imperatorem, ut et cognatum et familiae vestrae ornamentum. Qui palatii limina frequentatis, quaerite palatii splendorem. Vos milites, lugete solertem ducem: vos famuli, humanum dominum deplorate: qui dormire et quiescere solebatis, pervigilem excubitorem. Vos iudices, lamentamini eum, a quo legum vis pendebat. Vos Ecclesiae sacri proceres, desiderate acerrimum amatorem et adiutorem dogmatum. Qui in montibus et speluncis degitis, praesidium et propugnaculum existimationis et gloriae vestrae. Vos sacrorum monasteriorum rectores, vestrae potentiae arcem. Reputate extrema illius certamina pro vobis suscepta. Cogitate ut corpore tum hostilibus vulneribus, tum medicis ustionibus prorsus exhausto, et ad mortem properante, et corpus suum contempserit, et vitae suae non pepercerit, sed alacriter ad suggestum et sacrorum antistites venerit: nec prius inde discesserit, quam spem fecisset, insectatores vestros corruptaque illorum dogmata, quod in se quidem esset, conterendi, ac prorsus abolendi. Recordamini, quae et quanto cum zelo sacris illis labiis verba protulerit pro

ἱερῶν ἐκείνων χειλέων τοὺς λόγους προήνεγκεν ὑπὲρ τε τῶν θείων
 θεσμῶν καὶ τῆς ἀληθείας αὐτῆς. ἀναμνήσθητε ὧν ἐφθέγγατο
 πρὶν ἵκειν ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ τὸν ἱερὸν σύλλογον· ὧν τε αὐθις ἐλ-
 θῶν διεξήει πάνυ τοι μεγαλοφῶς, καὶ ὡσπερ οἱ πάλαι τῶν θεο-
 5 λόγων, ὁπότε θείας ἐπιπνοίας ἐμφορηθέντες τὴν γλῶτταν ἐδίδον
 τῷ ἐνηχοῦντι καὶ φέροντι πνεύματι· καὶ ὅπως τοῦ νοσήματος
 ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωροῦντος τοῦ βίου τὸ πέρασ, ὃ δὲ οὐκ ἐνέδωκεν,
 ἀλλ' ἐπέρανε τὰ βελτίω μάλα προθύμως· οἶμαι τοῦ θεοῦ με-
 γάλην ταύτην τὴν ζῆσιν τῇ τούτου χαρισαμένου ψυχῇ, ἵνα κο-
 10 ρωνίδα τινὰ τοῖς ἄλλοις ἐκείνου χρηστοῖς ἀγῶσι καὶ οἷον ἐκσφρά-
 γισμα κράτιστον ἐπιθεῖη, τὸ τοιούτοις λόγοις ἀγνισθῆναι τὴν
 γλῶσσαν καὶ τοιούτοις νόμοις καὶ δόγμασι συναπελθεῖν αὐτὸν ἐκ
 τοῦ βίου." (Δ.) Ἦν γε μὴν ὁ βασιλεὺς ἡδὺς καὶ χαρίεις τὸ εἶ-
 15 δος, τὸ ἦθος ἰλαρὸς καὶ εὐπρόσιτος, τὴν γνώμην φιλόανθρωπος
 καὶ πάνυ τοι συμπαθής. συμβουλήν γε μὴν τῶν πάντων οὐδενὸς
 προσδεχόμενος οὐδεμίαν, μόνῃ τῇ ἑαυτοῦ διετέλει πειθόμενος
 γνώμῃ καὶ γνώσει. διὸ καὶ κρυψίνους ἦν ὡς τὰ πολλὰ καὶ βα-
 20 θεϊαν μὲν διὰ φρονὸς καρπούμενος αὐλακα· ἀνομίλητος δ' οὖν
 καὶ μισῶν περὶ ἑαυτὸν πλῆθος ἀνθρώπων ὄρῃν. (Ε.) Ὅθεν
 καὶ οὔτε βασιλικαῖς ἐνέχεσθαι φροντίσι καὶ ἀσχολαῖς ἠνείχετο,
 οὔτε μὴν ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν ἑορτῶν τὰ τῆς βασιλείας ἐτέλει
 νόμιμα, τὰς θεατρικὰς φημι καὶ δημοτελεῖς πομπὰς καὶ φιλο-
 φροσύνας καὶ τὰς μεγαλοψύχους εὐεργεσίας τε καὶ διανομὰς τῶν τε
 25 χρημάτων ὁμοῦ καὶ ἄξιωμαίων. ὡς κινδυνεύειν ἐντεῦθεν λήθης κα-
 ταδύναι βυθοῖς τὰ τῆς βασιλικῆς εὐταξίας ἔθιμα, ὧν τὴν μνήμην

A. C.

1328

ad

1341

Imp. Andron.

Junioris.

V. 282

D

E

F

P. 350

defensione sacrarum sanctionum et ipsius veritatis. Recordamini quae di-
 xerit, priusquam ad suggestum pervenisset et ad sacrum concilium: quae
 item cum venisset recitarit, maximo cum ingenio et veterum theologorum
 imitatione, cum divino afflatu pleni linguas resonanti in ipsis et impellenti
 spiritui accommodabant: et quamvis mors capiti immineret, tamen non ces-
 serit, sed alacriter admodum ea quae requirebantur peregerit: Deo, uti
 consentaneum est, magnum hunc fervorem animo eius largito, ut coroni-
 dem quandam caeteris eius praeclaris certaminibus et veluti sigillum prae-
 stantissimum imprimeret, linguam eius huiusmodi sermonibus perpurgando;
 ut talibus legibus et decretis promulgatis e vita discederet." (IV.) Fuit
 hic Imperator iucunda et amabili specie, hilaris et accessu facilis, huma-
 nus et clementissimus. Caeterum neminis ullum consilium admittebat, sui
 unius sententiae et scientiae insistens. Itaque pleraque dissimulabat, con-
 silio plenus ille quidem; sed a colloquiis et coetu hominum alienior. (V.) Eo
 fiebat, ut Imperatorias curas et occupationes aversaretur, ac ne in maximis
 quidem festivitatibus solennia Imperii obiret, illa nimirum, quae ad spe-
 ctacula et publicas pompas et salutationes et munificentiam Imperatoriam et
 distributionem pecuniarum et honorum pertinerent. Ut iam periculum sit,
 ne Imperatoriae disciplinae instituta, quorum memoriam singuli vicissim

A. M.
6836
ad
6849

Imp. Andron.
Iunioris.

κατὰ διαδοχὴν οἱ βασιλεῖς τοῖς ὑψιγόνοις παρέπεμπον. πολλοῦ γὰρ
 παραδόνεντος χρόνου, καὶ τῶν εἰδότεων θανόντων, δυσχερὲς ἀνγένοι-
 το γινῶναι τοὺς ἐπιόντας τὰ δέοντα· ἀλλ' ὡς ἔοικεν ἢ πρὸς τὰ φαῦ-
 λα σπουδῆ ῥαθυμοτέραν ποιεῖ τὴν ἐς τὰ δέοντα φιλοτιμίαν. ἔτρεφε
 γὰρ κύνας καὶ ὄρνεα κνηγητικὰ παμπληθῆ καὶ τοσοῦτον ἐς ταῦτα 5
 ἤττητο, ὥστε καὶ εἴ τις αὐτῷ ἐντυχεῖν ἐβούλετο, ὄρνεον ἢ κύνα
 Β κομίζων ἐτύγχανε ῥᾶστα τοῦ ποθομένου. ἅ πάντα μετὰ τὴν
 ἐκείνου τελευτήν ὁ Καντακουζηνὸς τοῖς χρήζουσι διεμέρισεν, ἀνα-
 λογισάμενος τότε παμπληθὲς τῆς δαπάνης καὶ τὸ τούτων ἐς τὰ
 τῆς βασιλείας πράγματα πάντη μὲν ἀνόνητον, πάντη δ' ἐπισφα- 10
 λές. πέντε γὰρ καὶ δέκα χιλιάδας φασὶν οἱ τοῦ βασιλικοῦ προ-
 τανείου διοικηταὶ περὶ τὴν σφῶν δαπάνην καινοτομεῖσθαι.
 C (ξ'.) Οὕτω γε μὴν πολλὴν καὶ βεβαίαν πρὸς Θεὸν ἐκέκτητο πί-
 στιν, ὥστε καὶ ἀφύλακτος διῆγε τὸ πλεῖστον καὶ αὐτῶν ἄνευ τῶν
 βασιλικῶν πελεκυφόρων. πολλὰς δὲ καὶ οὐς ἦδει κατ' αὐτοῦ 15
 δίκτυα καὶ ἀγχόνας ἀρτύοντας ὁμοστέγους τε ἐποιεῖτο καὶ τούτοις
 συνδιαιτάμενος ἦν. ἔλεγε γὰρ, ὡς ἀνθρώπου ζωὴ τῇ χειρὶ τοῦ Θεοῦ
 συνοικεῖ, καὶ ὅταν ἐκείθεν συγχωρηθῆ τὰ τῆς λύσεως, τότε καὶ πᾶσι
 D κινδύνοις ἀνέωγε θύρα. (Z.) Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ φύσεώς
 τις ἰδιοτροπία συνῆν γε αὐτῷ, μὴ φιλοτιμεῖσθαι μηδαμῆ περὶ τὸν 20
 τοῦ βασιλικοῦ μεγέθους ὄγκον· ἀλλὰ ταπεινότερον καὶ αὐτῶν γε
 τῶν ὑπηκόων ὀρᾶσθαι πολλὰς. τουτὶ δ' ἐξ ἐνὸς τῶν πολλῶν
 παραστήσαι τις ἂν ἐν βραχεῖ. δῆλον γὰρ ἐστὶ τοῖς ἄπασι,

1. κατὰ add. A., καὶ suppl. W. in mg. 3. ἢ add. A. 21. γε
 add. A.

Imperatores ad posteros propagabant, oblivione prorsus obruantur. Nam cum multum temporis interfluxerit, et qui illa tenebant decesserint, posteris quid officii sit scire difficile erit. Nimirum ea quae in rebus frivolis opera sedulo insumitur, ad ea, quae officii sunt, exsequenda segniores facit. Canes enim et aves venaticas magno alebat numero: quibus ita erat deditus, ut si quis eum adire cupiens canem aut avem offerret, facillime compos voti redderetur. Quae omnia Cantacuzenus post eius obitum iis qui petebant distribuit, cum magnitudinem sumptuum reputaret et rem ipsam Imperio non modo inutilem, sed etiam perniciosam iudicaret. Nam quindecim nummorum millia Imperatorii fisci procuratores ultra veterem morem in eas res expensa retulerunt. (VI.) Usque adeo autem Deo fretus erat et fiducia plenus, ut plerumque sine custodia ageret et sine Imperatoriis satellitibus: quin et saepe eos, quos retia et laqueos contra se instruere sciret, contubernales sibi faceret atque etiam convictores. Dicebat enim, vitam hominis in manu Dei esse positam: a quo ubi eius destructio permittatur, tunc omnibus periculis patere fores. (VII.) Erat praeterea singularis quaedam in eo natura, ne usquam Imperatoriae maiestatis magnificentiae et amplitudini studeret: sed saepe subditis humiliter se gereret. Idque uno de multis exemplo breviter declarari potest. Notum est omni-

τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς, ταῖς τῶν ἄλλων ἕβρεσι μᾶλλον χαιρού-
 σασ ἢ τοῖς ἐπαίνοις, καὶ ὡς πολλῶ γε ἡδίων οἱ πολλοὶ τὰς ὄντι-
 νωνοῦν διεξέλθοιεν ἕβρεις ἢ τὰγαθὰ, κἂν τὰς μὲν ψεύδη μακρὰ
 καπηλεύωσι, τὰ δὲ φῶς ἀληθείας ἔχη προπορευόμενον, οὕτω τὴν
 5 ἱστορίαν αὐτῶν διατίθενται, ἵνα ἕξ μακροῦς δῆθεν τοὺς χρόνους
 χαίροντες διεξίοιεν αὐτὴν οἱ τὸν αἰῶνα κατὰ διαδοχὴν ἀμείβοντες
 ἄνθρωποι· καὶ οὔτε δίκης ἐπόπτην πρὸ ὁμμάτων διανοίας λαμ- E
 βάνουσιν, οὔτ' αἰδῶ τῶν καλῶς καὶ δικαίως κρίνειν εἰδόντων ἀν- V. 4
 δρῶν. τοῦτο δ' οὐ τοσοῦτον οὐς λοιδοροῦσι λυμαίνεται, ἢ αὐ-
 10 τοὺς γε δὴ τοὺς ὑβρίζοντας, εἴπερ ἄνθρωποι μὲν σωφρονοῦντες
 ἀτόπους ὑπονοίας κατ' ἐκείνων ταῖς ψυχαῖς ἐμφυτεύσαντες, μυ-
 ρίοις βριθούσας ὀνειδέσιν, ἐν κακοῖς αὐτῶν ἔσαεὶ μεμνήσονται·
 θεὸς δ' ὁ τῆς δίκης προστάτης σαφιλεστέραν αὐτοῖς ταμιεύσει
 τῆς γλώττης τὴν κόλασιν. οὐ μὴν ἄλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ δι' ἀμαθίαν
 15 τοῦ βελτίονος καὶ ἀπειρίας πραγμάτων ἄπερ ὄτουοῦν ἠκηκόει- F
 σαν, πρὶν βασανίσαι, εἰ τὰ μὲν τῶν εἰκότων τὰδ' ἦκιστα, καὶ
 τὰ μὲν ἔοικεν ἀληθείας οἴκοις ἐνδαιτυῖσθαι, τὰδ' ὑπερόριον ἀλη-
 θείας τείνουσι γλῶσσαν, οὕτω ταῦτ' ἐφαπλοῦσι ταῖς ἑαυτῶν
 συγγραφαῖς καὶ τῷ χρόνῳ, αἰτιώμενοί τε τὰ ἀναίτια, καὶ φά-
 20 σκοντες ἂ μῆτ' ἐγένοντο, μῆτε γενέσθαι τῶν δυνατῶν ἦν· οἷας
 τοῦ Πλάτωνος τὰς ἰδέας ἀκούομεν, καὶ ὅσοι τοὺς τραγελάφους
 ἐκ τῶν τῆς Ἰνδίας τεράτων ἐς τὰς τῆς Ἀσίας διαβιβάζουσιν ἀκοὰς, P. 5
 ἐκ μὴ ὄντων αἰθῆρις μὴ ὄντα καθιστῶντες, ἵνα μᾶλλον ἐκπλήττω-
 σι τοὺς ἀκούοντας. διὰ ταῦτα τοίνυν ἐλέγξω ἐρχομαι τὰ τοιαῦ-

1. Verba ταῖς τῶν ἄλλων om. A. 10. μὲν add. A. 15. ἄπερ
 A. et W., ἂ παρ' B.

magis delectari, ac iniurias quam recte facta libentius legi, quamvis illas
 proluxa mendacia venditent, haec vero lucem veritatis praeviam habeant:
 eoque sic historias suas componunt, ut ii qui multis saeculis post futuri sunt,
 eas longissimo tempore cum voluptate legant. Nec in hoc vel iustitiae
 praesidem animis intuentur, vel aequa et recta iudicia bonorum virorum
 reverentur. Quae res non adeo illis obest quos vituperant, quam ipsis ob-
 trectatoribus, quod et homines cordati malis suspicionibus adversus illos
 conceptis, quae mille probris scatent, eos inter improbos perpetuo nume-
 rabunt: et Deus iustitiae praeses linguas eorum gravioribus poenis perse-
 quetur. Atque etiam interdum ex ignoratione veri, et imperitia rerum,
 quae a quovis audierint, priusquam expendant, sintne probabilia et veritati
 consentanea, an vero absurda, et ab ea prorsus abhorreant, sic illa char-
 tis illinunt, ac memoriae mandant, eaque crimina obiciunt quae nulla sunt,
 et ea dicunt, quae neque facta sunt, neque omnino fieri possunt: quale
 esse Platonis ideas accepimus, et tragelaphos ex Indicis monstribus in Asia
 narrari ab iis qui figmenta figmentis cumulunt, ut maiorem in animis audi-
 torum admirationem excitent. Quapropter huiusmodi vitia scriptorum no-

τα, καθόσον οἶόν τε, τῶν ἐφ' ἡμῶν συγγραφέων. ἄνθρωποι γὰρ οὔτε δραστήριοί τινες τὴν φύσιν, οὔτε πολιτικοῖς τισι πράγμασι συμμίζαντες, ἵνα τινὰ καὶ πρακτικὸν ὄφθαλμὸν ἐκείθεν ἑαυτοῖς παρύσχοιεν, καὶ κρίσιν ἐμπειρία πεπορισμένην, ἕφ' ἧς ὁρῶμεν πολλοὺς καὶ τῶν πάνυ νωθροτάτην εἰλοχότων τὴν φύ-
Bσιν ἀφυπνιζομένους, ὡς εἰπεῖν, καὶ ἀνεγειρομένους ὀψέ ποτε, καὶ ἐς ἀστειότητα μετενηνεγμένους, κακείνοις ἤδη ἐγκρινομένους, οἷς βουλή καὶ κρίσις ἀνῆπται πραγμάτων, καὶ οἱ γλῶσσαν ἐξήσκησαν ἐκ τῆς τῶν ἄλλων συνδιαιτήσεως, τοῖς προτιθεμένοις πολιτικοῖς ζητήμασιν ἐν καιρῷ γινομένην· ἀλλὰ λόγοις, καὶ τούτοις 10 πλημμελῶς, ἐξέτι νέου δεδωκότες καὶ μόνη τῇ τούτων σχολῇ καὶ τριβῇ τοὺς μακροὺς παρῦλλάξαντες ἡλίους, οὕτω κωφοὶ τῶν αἰ
Cγγυομένων, τὸν ἅπαντα διεμέτρησαν βίον. εἰ δὲ μηδὲ τούτοις οὕτωςί πως ἐδίδουν, οὐδὲν μέγα τὸ ἐκείνων ὑπῆρχεν ἀντάλλαγμα· οὕτω σκότει καὶ γωνία μάλα προσήκοντες οἱ ἄνθρωποι οὐκ ἐν- 15 φυῶς οὐδ' εὐρύθμως ἐς τὴν τῶν λόγων ἐβάδισαν ἄσκησιν. πᾶσα γὰρ ἐπιστήμη καὶ τέχνη καθάπερ θεμελίῳ καὶ βάσει τῇ φύσει τὴν ἑαυτῆς συντέλειαν ἐποικοδομεῖ. ἂν γοῦν ἡ φύσις ὑγιαίνουσα
Dῆ, μέγα πρὸς κατόρθωσιν γίνεται τῆς ἐπιστήμης ἐφόδιον· καθάπερ καὶ σίδηρος καὶ χαλκὸς ῥαδίως ὑπεύκων τῷ χαλκοτύπῳ. ἂν 20 δ' ὁ τῆς φύσεως ἀσθενῶς ἔχη θεμέλιος, κάκιστος ἐπίκουρος τοῖς τῆς ἐπιστήμης οἰκοδομήμασι γίνεται, καὶ ἴν' εἶπω πλημμελῆς καὶ ἐπίβουλος σύμμαχος. ὡς νῦν γε καὶ οἱ χρηστοὶ οὗτοι νωθρὸν ὡς

2. γὰρ add. A. 11. Ante δεδωκότες Wolfius excidisse putat ἑαυτούς. Sed hic et v. 14. pronomen subaudiendum esse recte Boivinus in annot. monet.

strae aetatis, quoad potero, coarguam: qui nec acribus ingeniis praediti, nec in republica versati sunt, unde iudicium gerendarum rerum peterent, usu et experientia partum: qua multas etiam segnes naturas velut e somno tandem excitari videmus et urbaniores reddi, ut inter eos numerentur qui prudentia pollent, et aliorum consuetudine linguas excoluerunt, id quod fit civilibus quaestionibus pro tempore propositis. Sed quia studiis litterarum, et iis quidem perperam iam inde ab adolescentia sese dedere et in earum otio unicoque usu longos dies consumpsere, ideo surdis auribus res quolibet tempore gestas praetervecti, omnem aetatem exegerunt. Verum etsi litteris totos sese in hunc modum non dedissent, ne sic quidem illi magno aestimati fuissent. Usque adeo tenebris et angulis digni illi homines, nullo ingenio, nulla dexteritate, ad eloquentiae exercitationem sese contulerunt. Omnis enim scientiae et artis perfectio, tanquam fundamento et basi, natura innititur. Quae sana si fuerit, magnum est ad scientiam percipiendam adiumentum: veluti ferrum et aes, quod fabro facile cedit. At idem fundamentum, si infirmum fuerit, pessimus est doctrinae adiutor, sociusque, ut ita dicam, noxius et infidus. Id quod bonis istis viris accidit,

et extrema quaeque orbi Christiano, et interneccionem religioni, frustra illi quidem (neque enim CHRISTI servatoris nostri potentia humanis armis vinci potest), sed nobis non sine capitali periculo minatur: et ita minatur, ut hoc Christianae reipublicae statu (quem vel mali ominis causa vitandi, vel ne qui se perstringi putent, cum Byzantino haud confero) minae eius a nemine cordato contemni queant. Sin aliqui ita stupent, ut haec aut non intelligant: aut, si intelligunt, non curent: aut, si curant, non in eo pro virili elaborent, omnibus privatis contentionibus omissis, ut incolumitati nostrae consulatur: evidens indignationis divinae contra nos, et urgentis scelera nostra vindictae, quod auctor hic noster crebro queritur, argumentum id esse videatur.

Equidem inter convertendum hos scriptores, cum ad Imperatorum in fungendo munere oscitantiam, tenacitatem in necessariis, profusiones in supervacuis, et intestina bella; procerum vero et ducum perfidiam ac temeritatem, religiosorum incitiam, et de lana caprina rixas, populique petulantiam et ignaviam, omnium denique ordinum extrema probra pervenissem: contraque Turcorum maiorem fidem, maiorem integritatem, fortitudinem, clementiam, virtutes ipsorum hostium elogiis celebratas, legissem: ita sum animo commotus, ut Turcos imperio longe digniores iudicarem: et faecem ac sentinam illam nefariorum hominum tam diu fuisse incolumem, nec citius oppressam esse, mirarer potius quam miserarer. Etsi ad commiserationem clades illae, et florentissimi potentissimique quondam Imperii ruina, et Christianae religionis e tot amplissimis provinciis profligatio, vel saxa commovere possint: nostros autem homines, simili statu rerum, nec illorum misericordia, nec similis exitii metu commoveri sit mirandum: nec desperandum tamen, fore multos, qui his non modo ad voluptatem, sed etiam ad publicam utilitatem legendis, tuum consilium laudaturi, et inter caetera ornamenta quam plurima numeraturi sint, qui illustri monumento posteris etiam consultum voveris: et multorum animos, his operibus in publicum editis, ad patriae defensionem maiore studio suscipiendam excitaris.

Atque haec de historia. De auctore non multis est opus. Nam quo ingenio, doctrina, facundia, auctoritate apud suos fuerit, ipse abunde declarat. Quem cum ea quae de Michaële Palaeologo usque ad Catelanorum ab Andronico seniore defectionem scribit, a Georgio Pachymerio mutuatum esse, atque in compen-

dium redegisse cognovissem: ex Augustana bibliotheca illud opus acceptum perlegi: et quae non inutilia videbantur, excerpta Gregorae adieci: ne, quoad possem et liceret, voluntati tuae atque officio meo deessem. Ac plura sane collegissem, nisi is codex et principio et fine mutilus, in medio etiam aliquot foliis partim exsectis, partim marinis fluctibus (ut opinor) madefactis, et litteris vetustate exolescentibus, studio meo et oculis diuturna fere et perpetua lectione ac scriptione fessis et hebetatis vehementer adversatus esset, atque incommodasset. Chalcocondylem autem suus interpres, qua est doctrina et eloquentia, ita commendabit, ut mihi satis nunc esse debeat, si labores hi mei aequitati et liberalitati tuae commendati fuerint, et probati. Augustae Vindelicorum, postridie Cal. Ianuarii, anni a Christi servatoris humanitate MDLIX. quem tibi tuisque et toti orbi terrarum pacatum, felicem ac faustum, ex animo precor. Faxit Deus Opt. Max., ut FERDINANDI primi Augusti, Imperatoris ac domini nostri clementissimi, in urbem hanc, ob gravissimas de Imperii rebus deliberationes, ingressus (sub id tempus quo pacis, concordiae et mutui amoris doctor et exemplum CHRISTUS IESUS, propter salutem humani generis, dissimulata divinitate sua, homo nasci voluit), omnium principum, omnium hominum animos a privatis cupiditatibus ad curam publicae salutis, a luxu et corruptela morum ad sobrietatem et vitae integritatem, ab odiis et simultatibus ad concordiam et amorem, a rixis et disputationibus ad verum cultum religionis, a bellis et armis ad firmam et constantem pacem convertat.

Cuius voti si nos divina liberalitas (merita enim nostra nulla profecto iactare possumus, nec minus indigni sumus divino auxilio quam indigi) compotes reddiderit, iis erimus formidabiles, a quibus nunc, non aliis de causis quam propter corruptam disciplinam, et intestina bella, per contemptum oppugnamur, caedimur, in acerbissimam servitutem abducimur, et in summas angustias redacti profligamur. Quicquid enim calamitatum ac cladum (ut de aliis Christianis provinciis taceam) Pannoniae patiuntur, id ad nos quoque ex aequo pertinere merito iudicamus. Res enim profecto, imo salus nostra nunc agitur, paries cum proximus ardet.

ὡς αἱ τοῦ ἐπιπέδου ἐκ διαμέτρου ἀκρότητες τῶν βασιλικῶν τρι- A. C.
κλίνων ἀμφότεραι ὑπέρχονται πρὸς τοῦ μεταξὺ ἐπιπέδου ἄχρι καὶ 1328
ἐς τρίτον σπιθαμῆς, καὶ μάλιστα ὅπη καὶ ὁ βασιλικὸς ἔστηκε θρό- ad
νος· ἢ ἴσως ἔχη τι καὶ τούτῳ πλέον τῶν ἄλλων ὁ βασιλεὺς ἰστά- 1341
5 μενος ἐν τε ταῖς ἱεραῖς ὑμνωδαίαις καὶ ὅτε διαλέγοιτο νῦν μὲν τοῖς E
ὑπηκόοις, νῦν δὲ τοῖς ἐξ ἔθνων πρέσβεσιν. ἐξεῖναι γε μὴν ἐπ' ἐκεί-
νης τῆς στάσεως οὐδενὶ τῶν ἀπάντων τῷ βασιλεῖ συνίστασθαι, V. 283
πλὴν τῆς συζύγου καὶ τῶν υἱῶν καὶ ἀδελφῶν· προσθείην δ'
ἂν καὶ τῶν πατραδέλφων. ἀλλὰ τούτου γε ἰσταμένον καὶ ὁμι- F
10 λοῦντος ἐκεῖθεν οἷς ἐχοῖν ἀνήεσαν καὶ συνίσταντό οἱ οὐχ ὅπως
ἅπαντα τῶν εὐγενῶν ἢ νεότης, ἀλλὰ καὶ τῶν χυδαίων καὶ ὑπη-
ρέτου τάξιν ἐχόντων, οἷς πρὸς βουλῆσεως ἦν. ὡς καὶ τοσοῦτους
ἐντεῦθεν γίνεσθαι τοὺς συνωθισμοὺς περὶ αὐτὸν πολλάκις, ὡς
15 ἐπέκειν αὐτὸν καὶ ἐνδιδόναι καὶ ἄλλοις μὲν τῆς ὑπερέρας παρα-
χωρεῖν στάσεως, αὐτὸν δ' ἠρέμα κατιέναι πρὸς τὸ τοῦ ἐδάφους
χαμαιζηλότερον, μηδενὶ τῶν ἀπάντων ἀχθόμενον. (H.) Περὶ P. 351
γε μὴν τῆς ἐπὶ κεφαλῆς καλύπτρας ἐπὶ μὲν τῶν πρότερον βασι-
λέων ἔθος, τοὺς μὲν χρόνῳ προβεβηκότας ἐν τοῖς βασιλείοις χρῆ-
σθαι καλύπτραις, πυραμίδος μὲν ἐχούσαις σχῆμα, Σηρικοῖς δ'
20 ἐνδύμασι κατὰ τὸ ἀνάλογον ἐκάστῳ ἀξίωμα καλυπτομέναις· ὅσοι
δ' ἐν ἡλικίᾳ, τοὺτους δὲ πάντας καθάπαξ ἀκάλυπτον ἔχειν τὴν
κεφαλὴν. ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐς τοσοῦτον ἐξῆει τὸ ἔθος
τουτὶ, ὡς καλύπτραις μὲν κεχρησθαι πάντας ὁμοῦ καὶ νέους καὶ B
ἀφήλικας, ὁμοίως ὥσπερ ἐν ἀγροῖς, οὕτω καὶ βασιλείων ἐντός,
4. ἔχοι A. 13. ὁθισμοὺς A. 17. μὲν add. A. 18. κεχρη-
σθαι A.

bus, Imperatoriorum tricliniorum pavimento summitates ambas inter sese oppositas eminere supra interiectum solum usque ad palmi trientem, illac maxime ubi Imperatorium solum est constitutum; nimirum ut et in eo Imperator aliquid prae caeteris eximium habeat, sive in sacris hymnodiis stans, sive nunc subditis, nunc exterarum nationum legatis respondens: nec in illo loco cuiquam mortalium licere illi astare, praeterquam uxori, liberis et fratribus; quibus et patruī, ut opinor, addi possunt. Verum illo ibi stante et cum quibus opus erat colloquente, non modo omnis nobilitatis adolescentia eodem ascendebat et illi astabat, sed et plebeiorum et famulorum quilibet. Unde saepe turba hominum ita premebatur et urgebatur, ut ipse deflecteret ac loco cederet, aliisque superiore statione concessa, paulatim ad inferius pavementum descenderet, nemini omnium succensens. (VIII.) Quod ad capitis tegumentum attinet, apud superiores Imperatores moris erat, ut aetate provectiores aulici proceres pileis pyramidatis uterentur, serico tectis, pro dignitate cuiusque: iuniores vero omnes prorsus nudis essent capitibus. Illo vero Imperatore is mos usque adeo obsolevit, ut omnes simul et adolescentes et senes pileis uterentur, non minus in palatio, quam in agris: iisque multiformibus et peregrinis, et quales cuique

A. M. 6836
ad
6849
A. C. 1328
ad
1341
Imp. Andron.
Iunioris.

πολυειδέσι δ' οὖν καὶ ταύταις καὶ ἄλλοκότοις καὶ οἷαις ἐκάστω
πρὸς βουλήσεως ἦν. οἱ μὲν γὰρ Λατινικαῖς ἐκέχρητο ταύταις,
οἱ δὲ ταῖς ἐκ Μυσῶν καὶ Τριβαλλῶν ὁμοίαις, οἱ δὲ ταῖς ἐκ Συ-
ρίας καὶ Φοινίκης ἰούσαις, καὶ ἄλλοι ἄλλαις, ὡς ἐκάστω δεδο-
γμένον ἦν. τῷ δ' αὐτῷ καὶ τῶν ἐνδυμάτων κατεχρήσαντο ἦθει· 5
ὡς ἐντεῦθεν τοὺς συνετωτέρους καινοτομίαν τινὰ καὶ κατάλυσιν
ὑποπεύειν τῆς βασιλείας καὶ πέρας τῶν ταύτης ἐθῶν καὶ πρα-
γμαμάτων. ἤδη δ' ἐπήει τοῦτο συνάγειν τελεωτέρα τῇ γνώσει καὶ
τῶν βασιλείων καὶ περιλάμπρων οἴκων ἐκείνων, καθηρημένων μι-
κροῦ τῶν ὅλων καὶ ἐς ἀπόπατον καὶ κοπρῶνα καθισταμένων, οἷς 10
παριέναι ξυμβαίνει. παραπλησίως δ' αὖ καὶ τῶν πατριαρχικῶν
ἐθῶν καὶ πραγμάτων, καὶ αὐτῶν γε τῶν μεγίστων καὶ περιφα-
δνῶν οἰκιῶν, αἱ δὲ κράτιστος κόσμος ὁμοῦ καὶ ὀχύρωμα τοῦ με-
γίστου νεὸ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας ὑπῆρχον, τοῖς τε πρώτοις συ-
στᾶσαι δημιουργοῖς καὶ τοῖς ἔπειτα προσθῆναι γινόμεναι κάλλι- 15
στα, καὶ μάλα τοῖς πρώτοις ἔργοις προσήκουσαι. πάντων γὰρ
ἐπ' ἴσης φθορὰ καὶ κατάλυσις κατωρχήσατο.

4. ἄλλοι add. A. 11. πατριαρχῶν ἐτῶν W. 13. ἄ W.
17. ἐπίσης A.

probabantur; alii Latinis, alii Mysiis et Triballicis, alii Syriis et Phoeniciis, suo quique arbitratu. Eodem more in vestibus etiam usi sunt, ut prudentiores novitatem aliquam et destructionem Imperii et finem institutorum ac morum illius divinarent. Idem certius etiam ex eo colligebatur, quod Imperatoriae et illustrissimae quaeque aedes fere omnes destructae et in cloacas et fimeta praetereunti cuique exposita redactae erant: item ex moribus et rebus patriarcharum, eorumque maximis et illustrissimis aedibus, quae firmissimum ornamentum simul et munimentum maximi sanctae Sophiae templi fuerant, tum a primis architectis confectae, tum ab iis, qui sequuti sunt, pulcherrime adiectae, et primis operibus admodum convenientes: quae aequae omnes exitii et eversionis ludibrium fuerunt.

